FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

**Paulus <Castrensis>**

**Lugduni, 1553**

De negotijs gestis. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

1 Gloſ.ponit differentiam inter iſtū tit.†& præcedētem, quæ ſa
tis eſt bona;ſed imperfecta.& ideo dic ꝙ in tit.præce.aduocabāt
patrocinium potentis in lite iam mota ad excludendum eam. in
iſto titu.non erat mota lis,nec aduocabat ad excludendum litē:
ſed extra iudicium aliquid fecit;vel vt magis timeretur: vt in l.j.
2 vel in iniuriam alterius:vt in l.ij.† Nam ſuprà limē domus ſuę vl'
poſſeſsionis,fecit deſcribi nomē imperatoris,vel arma imperato
ris:vt videretur ſibi multùm acceptus, vel eius familiaris.Et vi-
di multos qui faciunt pingi arma alicuius Cardinalis,vel Papæ,
Et in iſta ciuitate faciunt pingi arma ſancti Marci.& vult iſta l.
ꝙ talis domus cōfiſcet;quia non debet aliquis priuatus hoc præ
ſumere,cū cedat in dedecus principis.cum nō alibi debeāt pin-
gi niſi s.domos principis.& hoc ſecundū vnum intellectum.Se-
cundū alium dicit ꝙ etiam nomē ſuum ꝓprium nō debet deſcri-
bere;quia eſt magnæ temeritatis.Aliud tñ ſignū,nō tñ vexillum
apponere poteſt,vt no.gl.j.titu.ꝓxi.l.fi.Nō tñ ſeruatur hæc lex.
nec ſecundū primum,nec ſecundū intellectum.Lex autē ſecun-
da loquitur qñ quis in iniuriam alicuius facit apponi vexilla re-
gia,ſeu principis,vel depingi arma,vel nomē imperatoris ſuper
domo vel poſſeſsione alicuius detenta per eum. ꝙ illa ad denotā
dum vel infamādum eū poſſeſsio nō eſt ſua;ſe principis, vel cō-
munis;nā licet ipſi poſſeſſori ꝓpria authoritate amouere; nec de
hoc poteſt accuſari,nec accuſatio debet recipi.

2 ☞ *Ea quæ illicitè ædificata ſunt, poſſunt per quencunque licitè deſtrui, & ſine pœna.*
3 *Si locaui domum alicui, qui in ea vendat uinum ſine pedagio, non poſſunt gabellatores eam confiſcare.*

LEX II.

1 NEquis.†Bart.not.in iſta.l.ij.circa fi.ꝙ quando per
ſtat.aliquod maleficium redditur impuni-
bile;puta ꝙ bannitus poſsit impune offendi.non debet
ſuper hoc recipi accuſatio. Et ſic iſta exceptio poteſt
2 opponi ad impediendū iudicium criminale.† Nota.etiam quòd
ea quæ illicitè ædificata ſunt,poſſunt per quencunque licitè de-
ſtrui,& ſine pœna.facit.l.fideicommiſſa.§. ſi quis illicitè. de leg.
3 iij.† Not.gl.in l.j.ſ.eo.in verbo dominicum cum ibi not. ibi con-
fiſcatur poſſeſsio,Iſta gloſſ.facit contra gabellatores vini, qui vē
dunt vinum,pone ꝙ dedi ad penſionē alicui domum,q in ea vē
dit vinum ſine pedagio:& ob hoc volūt eam cōfiſcare: nō debēt
audiri.Nam nō deliqui ego cuius domus eſt:& ideo ad maiorē
cautelam faciunt locatores in inſtrumentis locationum, quod
nolunt in talibus domum ſuam eſſe obligatam;& faciunt con-
ductores ſibi promittere iſta.

*Vt nemini liceat ſine iudi. &c.* *Rubrica.*

1 ☞ *Non licet alicui propria authoritate à ſeipſo accipere inſignia doctoratus, ſed quòd debeat ea petere, & recipere à ſuperiore ad quem pertinet.*

LEX I.

1 SAepe.†Gloſ.hic aſsignat duas diuerſitates
inter iſtum titu.& præcedentem.& pa
rum vtilitatis continent. dic ergo ꝙ tit.præcedens
loquitur,quādo quis ſignum, vel arma principis,
aut vexillum, apponit rebus à ſe poſſeſsis ad ter-
rorem aliorum,vel rebus poſſeſsis per alium ad iniuriam illius.
Hic verò loquitur qñ quis ſignum ſuū vel arma ſua apponit in
re poſſeſſa ꝑ alium ratione iuris quod prætendit in illa re habere:
quia aſſerit illam eſſe ſuā:vel ſibi obligatam. Nam non licet hoc
facere antequàm obtineat pro ſe ſñiam,quę tranſiuerit in rē iudi
catam:quia non debet ſibiipſi ius dicere ſine licentia iudicis, &
iſtum caſum vidi de facto Senis,cū quædam fraternitas in qua
erant multi ciues potentes,litigarēt cum vno notario ſuper vna
poſſeſsione ꝑ illum detenta:quia ſtatim lata vna ſñia pro ſe ante-
quàm tranſiret in rem iudicatam,quia fuit appellatum, fecit de-
pingi arma ipſius fraternitatis ſuper oſtium.Et ille notarius cum
pluribus fuit armatis,& illa arma deſtruxit,& accuſabaẽ. Certè
non merebatur accuſari: ſed potius iſta fraternitas,quæ propria
authoritate hoc fecerat. Iſta eſt intentio huius titu. & ſic longè
differt à præcedenti. Et pro declaratiōe iſtorum ti.vide oīno gl.
bonā & plenam in auth.de man.prin.§.fi.quę incipit titulos &c.
Et dicit Bar.ſæpe ſe allegaſſe rubr.cum tit.in cōuentibus ſchola-
2 rium,cùm daret inſignia.dicendo † ꝙ non licebat propria autho
ritate à ſeipſo accipere inſignia doctoratus, ſed debebat ea pete-
re, & recipere à ſuperiore,ad quem pertinebat.

*Ne fiſcus uel reſpublica &c.* *Rubrica.*

LEX I.

1 REipublicæ.†Iſte tit.differt à tit.ne li. po-
ten.quia hic implorabatur pa
trocinium fiſci,vel reipublicæ,ratiōe debiti.ī quo
implorans illi tenebaẽ:vnde videbatur quod eſſet
licitum fiſco vel reipublicæ præſtare illi patroci-
nium pro ſuo intereſſe: vt poſſet conſequi debitum ſuum: quia
ſi ille ſuccumberet, fortè non eſſent bona ſufficientia illis ad ſa-
tisfaciendum fiſco. In iſto autem tit. potentior non veniebat ad
præſtandum patrocinium pro ſuo intereſſe,ſeu debitori ſuo.Ta
men adhuc dicitur in iſto titul.contrarium.quod fiſcus propter
hanc cauſam non debeat patrocinium præſtare.vni priuato cō
tra alterum,ad incutiēdum illi terrorem.& hoc vult.l.j. & etiam
pe.& vlti.cōtra quas oppo.quia non debet eſſe deterioris condi
tionis fiſcus quam vnus priuatus. Sed ſi moueretur qō debitori
meo à quodam alio,licitum eſt mihi pro meo intereſſe illum de-
fendere,& opponere exceptionem quam ille omittit opponere:
vt infrà,de non nu.pec.l.ſi cui.ergo fortius fiſco. cuius contra-
rium iſtæ ll.videntur innuere.ſed dic quod propter hoc ſolū ꝙ
iſte ſit debitor fiſci, vel rei publicæ,non licet fiſco vel rei publi-
cæ præſtare ſibi patrocinium. & ita loquuntur iſtę ll.ſ.ſi in frau-
dem fiſci illi omitteret exceptionem obiicere,quæ ille competit,
& bona non ſufficerent.& ſic prætendit intereſſe. Bene poſſet
fiſcus comparere,& pro ſuo intereſſe defendere, etiam illo non
poſtulante.vt in l.contraria.

LEX II.

1 CVm allegas.† Not.ex iſta l.ſecundū Bartol.
ꝙ ſi aliquis eſt expulſus de ca-
ſtro quodam, & vult donare, vel vendere ius quòd
habet alicui potenti,vel ciuitati:quia ipſe non videa-
tur poſſe recuperare per ſeipſum: talis venditio, vel donatio nō
valet.Et iſtud eſt quotidianum ſecundū eum.& iſtud vidi de fa
cto in quodam nobili partium mearum expulſo à ſuis conſorti-
bus,qui volebat donare cuidam magno domino ius ſuum in de-
ſpectum aliorum:ſed eius filia ſibi contradixit. & propter hoc
abſtinuit. Vidi etiam Florētiæ in quodam qui litigabat cum ſuo
fratre, & volebat donare communi Florentiæ omnia iura ſua:
& non fuit auditus,quia contra hanc l.

*De negotiis geſtis.* *Rubrica.*

1 ☞ *Qui gerit negotia aliena, & in eis impendit, poteſt repetere à domino, quod fallit in duobus caſibus.*
3 *Mali mores, & mala admini. faciunt tut. ſuſpectum, non autem accuſatio de ſuſpecto.*
4 *Si reperitur in inſtrumento quòd iudex talem legitimum tutorem dedit pupillo, non uitiatur datio: licet legitimus tutor non detur à iudice, ſed à lege.*
5 *Mater ſi faciat impenſas in petendo tutorē filio non habenti, quando poſſit eas repetere.*
6 *Verbum officium, quid importet.*

LEX I.

1 CVm tutores.† Expenſæ factæ pietate
materna,vel affectione do-
meſtica,non repetuntur per actionem nego. geſt.
quia non videntur factæ animo repetendi: ſed po-
2 tius donandi.hoc dicit.no.† Semper ergo qui gerit
negotia aliena,& in eis impendit,pōt repetere à dño. Imò fallit
in duobus caſibus huius l.& ī aliis qui ponunẽ ꝑ gl.j.e.l.ſi pñо.
Regulariter cōtra.ſi vtiliter geſsit.vt l.j.& ij.ff.eo. vbi ponit edi-
ctū prętoris factū ſup hac materia,ꝑ quod daẽ actio neg.ge.dire-
cta dño negotiorū cōtra geſtorē malè gerētem.& ecōuerſo eadē
actio cōtraria daẽ geſtori bñ gerēti cōtra dñm ꝓ impēſis. ꝑter in
caſibus ꝑdictis.Primò ponit dictū.vſq; ibi.[cū etiā.] Scđo illud
ꝓbat à minori:qa ſi qdā domeſticus qui fuiſſet n[illegible]rū amicus pa
tris iſtorū pupillorū:iſtas expēſas circa eos feciſſet. nō ꝓteſtādo
qđ faciebat hoc aīo repetēdi,ꝑſumereẽ feciſſe affectiōe domeſti
ca:& ſic potius aīo donandi,nec repeteret.vt ff.e.l.is qui.Multò
minus iſta mr,q̃ ꝑſumitur mota pietate materna.ſi ergo fuiſſet ꝓ
teſtata,an repeteret: dic vt no.in l.ꝓxi.per Bar.qui diſtinguit.ſed
in extraneo indiſtinctè dic ꝙ ſic.quia ille non tenebatur ſuſpe-
ctos facere,vel etiam petere alios dari:ſed mater licet nō teneaẽ
ſuſpectos facere,bñ tñ teneẽ petere nō habēti,ſi nō vult priuari
3 eius ſucceſsione.† In gloſſ.j.in prin.ibi.[i.detegeres.] hoc ideo
dicit

cit gl. quia tutorem ſuſpectum faciunt mali mores, & mala adminiſtratio. vt in l. ſuſpectum. ff. de ſuſpe. tu. Non autē accuſatio de ſuſpecto: qui enim accuſat, potius detegit ſuſpicionem allegā[do] malos mores: & malā adminiſtrationē, ꝗ̃ ſuſpectū faciūt.† Et ad hoc ſecūdum Bart. ſi reperit̄ in inſtrō ꝙ iudex talē legitimū tutorem dedit pupillo, nō vitiat̄ datio. ᵃ licet eñ legitimus tutor non detur à iudice, ſed à l. vt l. legitimos. de leg. tu. Tamen illud verbum poſitum in inſtrumento quòd iudex dedit, non vitiat; quia debet exponi dedit, id eſt, dat. ar. huius gl. quia verba debent intelligi ſecundū ſubiectā materiā. vt in l. ſi vno. in prin. ff. loca. facit quòd not. Bar. in l. ij. in prin. ff. ſi ſer. ven. In gloſſ. ibi. [vel vltro.] Iſte verſi. fuit additus ad hanc gloſſ. per Franc. Accur. & ponit tertiam opi. diſtinguendo inter accuſationem de ſuſpecto: quā mater non tenetur facere, nec præciſè, nec accuſatiuè: quia eſt potius virile officium quā muliebre: vt in l. quā gloſſ. alleg. ff. qui pe. tu. l. fi. §. fi. Et licet non accuſet, non priuat̄ ſucceſſione filij & petitione. ſ. tutoris filio non habenti. & illam tenetur facere neceſſariè infrà annum: ſi non vult priuari eius ſucceſſione. Ex hoc apparet quod ſi accuſauit de ſuſpecto, cum ad illud non tenetur, ſi fuit proteſtata quod expendebat animo repetendi, poteſt repetere: vt l. & ſi quis. §. plerique. in fi. ff. de reli. Sed quando petit tutorem filio nō habenti: quia hoc fecit ex quadam neceſſitate, ne priuaretur ſucceſſione, etiam ſi fuiſſet proteſtata, non poteſt repetere: quia hoc fecit pro ſeipſa, & pro ſuo commodo. pro quo facit in ratione ſui text. ſing. in l. creditor. §. j. ff. man. hoc
5 tamen nō eſt verum indiſtinctè. †Sed dic vt no. Bart. in l. ſeq. quia poſſunt fieri expenſæ diuerſimodè in hac petitione. Nam quędā fiunt in perſona ipſius matris: vt ſi mater ducat pupillum Romā pro tutore petendo: & in hoſpicijs expendat pro ſua perſona. iſtas expenſas non repetit: quia cum teneatur tutorem petere ſuo ſumptu, hoc facere tenetur pro ſua perſona. l. ſuo victu. ff. de ope. libe. & ſic proteſtatio nihil operaretur: vt no. j. eo. l. alimenta. poſt prin. gl. magnæ. Quædā fiunt in perſonam pupilli in hoſpitijs, vel in lite coram iudice. & iſtas non tenetur facere mater de ſuo, ſi fuit proteſtata. & ita locū habet quod hic dicitur: vt eas videatur feciſſe pietate materna: & non poſſit repetere. quod tñ eſt verū ſi erāt paruæ, & mater diues, & pupillus pauper: & alioquin deficiente repetere poteſt: & hoc voluit gloſ. ſeq pro
6 quo hoc facit l. vtrū. de do. inter vir. & vxo. †In glo. ſeq. in prin.
b ibi. [officio illo quod eſt pietas. ᵇ] Nam habemus hoc vocabulū officium quod eſt generale: & cōuenit cuilibet homini erga alterum, quia inter homines natura quandam cognationem conſtituit, vt l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. propter quem tenetur alter alteri ſeruire de eo quod pōt: & ſub iſto vocabulo comprehēdunt̄ alia duo ſpecialia. pietas, quæ conuenit parentibus erga liberos, & obſequium quod erga patronum cōuenit liberto. vt j. e. l. officio. Omnis ergo pietas vel obſequium dicit̄ officiū: ſed nō ecōuerſo. & de tali officio loquitur liber Tulij de officijs. & alio vocabulo dicitur munus: vt in hoc tex. & ita intelligit gl. In gl. ibi. [ex quantitate.] dic vt ſi eſt talis impenſa quę cōcernat perſonam filiorū: vt in hac l. ſi autē bona filiorum, iſta nō præſumunt̄ facta ratiōe pietatis ſiue ſit parua, ſiue magna: vt j. eo. l. alimenta. in fi. cū l. ſe. Sed quando cōcernit perſonam, tunc diſtingue: vt ſequit̄ in gl. An interpoſita parua, & mater diues. & filius pauper. & videtur facta animo donandi, aliàs ſecus. facit ad hoc quod not. in l. filij. j. de donat. inter virum & vxorem.

1 *Si litigium inter te & me, poteſt aliquis tertius comparere non ſolum pro ſuo intereſſe, ſed etiam pro intereſſe tuo, vel meo: & allegare illud quod prodeſt ſibi, ſi per te non allegatur: & qualiter?*

LEX II.

Contra. †Pupillus ex geſtione tenetur: quatenus eſt effectus locupletior: nec etiam in illo tenetur, ſi alius gratis erat facturus. hoc dicit. & primò præmitte generaliter. quid iuris ſit in eo qui geſſit negotia pupilli: quoniam habet actionem eatenus quatenus eſt effectus locupletior. & non vltra. Et hoc eſt ſpeciale in pupillo, cum non ſufficiat vtiliter negotium fuiſſe geſtum. ſi vtilitas non durauit. ſecus in alio: vt in l. ſed an vltro. §. primo. ff. eod. titu. Et hoc vſque ibi. [quæ tibi.] deinde infert ad caſum propoſitum de illo qui geſſit ducendo pupillū Romam ꝓ faciendo ſibi dari tutorem: vt illam impenſam poſſit repetere indiſtinctè quādo ex illa ſit effectus locupletior, niſi matertera fuiſſet gratis factura, vt in fi. quod no. Quod intellige ſi iſte gerens hoc ſciebat: ſed ſi ignorabat, nō eſt quid ſibi imputetur quare iſtam impenſam fecit ſecundū Pe. ar. j. de tab. l. generali. li. x. ſed qñ ſciebat illā fuiſſe facturā gratis, eſt quod ſibi imputet̄ quare fecit animo repetendi. Sed oppo. de l. præce. So. intellige iſtam l. in extraneo. & qui nō erat multum domeſticus patri. vnde indiſtinctè videtur feciſſe animo repetendi: ſecus in matre, vel
2 in multū domeſtico, vt in l. præce. †Vltimò Bar. not. iſtā. l. fin. in fi. quod ſi eſt litigiū inter te & me, pōt quidā tertius cōparere nō ſolū pro ſuo intereſſe: ſed etiā pro intereſſe tuo, vel meo. & allegare illud quod ꝓdeſt ſibi, ſi per te nō allegatur. & dicit quod nō meminit ſe alibi legiſſe. & ſicut ſi tu nullo modo te defendis, pōt quidā tertius cōparere ſine mandato ad plenā defenſionem. dummodo ſatiſdet de iudi. ſol. l. exigēdi. ſ. de procu. Ita ſi tu te defendis, & nō plenè: quia omittis opponere quandam exceptionem, pōt quidā tertius pro te cōparere, & illam allegare, & probare per iſtū text. quē ibi allegaui, & hoc intelligendo text. quod iſta matertera cōparuit in iudicio, qđ erat inter geſtores & pupillos quondā, ſed poſſet intelligi quod ipſe pupillus hoc allegabat, & probabat, & tunc nō facit pro Bart. facit. l. Titia. ff. ſol. matri. & quod ibi not.

2 *Relatiuum facit ſimplicem relationem quandoque, non propriam.*

3 *Debitor meus in centum, ſi non poterat ſoluere partem debiti me inuito, & decedat duobus hæredibus relictis. an unus ex eis poterit me inuito ſoluere partem ſuam tantum?*

4 *An ſit reperire actionem in genere?*

LEX III.

1 Siue pro fratre. †Pro eo qđ quis ſoluit ſponte & vtiliter pro alio nulla neceſſitate cogente, cōpetit ad repetendum hæc actio directa, ſed ſi ſoluit ex neceſſitate cōmuniōis, vel cauſatiuè, competit actio fa. erciſ. vel cōmuni diuidundo. h. d. ſecundū communē intellectum gl. Et primò loquitur qñ ex mera voluntate, vſque ibi. [ſiue pignoris:] poſtea qñ ex quadā neceſſitate, vt lueret pignus qđ erat cōe inter ſe & cohęredem, quod luere non poterat, niſi totum debitum ſolueret: vt j. de diſtra. pigno. l. quandiu. Et iſta ſecunda ſubdiuiditur in duas, quia loquitur quando iudicium fami. erciſcun. ſemel fuerat motum vtiliter, & ſic amplius moueri non poterat pro ipſa pecunia repetenda. vnde tunc datur actio communi diuidun. ſecundùm gloſſ. fin. & Bartol. non autem nego. geſt. directa vel vtilis. Et dum tex. dicit [eandem habebis,] non refertur ad actionem nego. geſto. de qua ſuprà dixerat, ſed ad actionem in genere. & ſic illud relatiuum eandem facit ſimplicem relationem, non directam, ſicut alibi mulier damnauit quæ ſaluauit. nam non refertur ad
c Euam, ᶜ quæ damnauit: ſed in genere ad mulierem. & in ſpecie
2 ad Beatam virginem †. Et ad hoc ſemper allegatur iſte text.
d cum gloſſ. quod relatiuum ᵈ facit ſimplicem relationem, quandoque non propriam. Alij dicunt quòd ſtat propriè de act. nego. geſt. non tamen de directa. de qua. ſ. dixerat: ſed intelligitur de vtili quando non ſponte: vt j. eo. l. curatoris, ſed illa loquitur quando alia actio deficiebat. & tunc recurritur ad vtilem, quæ non deficiebat quia licet non deficeret fa. erciſ. competebat cōmuni diuidun. & ſi fami. erciſ. non erat intentata, illa poterat in-
3 tentari. vt in fi. †Et per iſtam. l. in princip. determinat Pe. contra aliquos qui dicebant quod ſi eſt aliquis debitor meus. in c. & deceſſit duobus hæredibus relictis, ſicut ipſe non poterat ſoluere

a ❡Datio. Adde in ſimili Bar. in l. j. ff. ſi ſerui vend. & in l. j. §. quibus. ff. quod cuiuſque vni. nomi. & in l. inſulā. per illum tex. ff. de præſcri. ver. Inn. hoſ. & doc. in c. petitio de ꝑcu. Bal. in l. ij. de confir. tu. & in l. id quod pauperibus. ā. de epi. & cle. Alexā. de Imo. in l. ſi quis in feudi vocabulo in prin. ff. de leg. j. Et in conſi. xiiij. col. v. ver. Item dato. in iiij. volu. Franc. Cur.

b ❡Pietas. Et tale eſt ꝙ debet etiā filius patri. l. cogi. §. ſi pater. ff. ad treb. & l. j. ff. de inoffic. teſta. & de eo ꝙ debet homo homini. adde Io. an. in c. non eſt ſine culpa. de reg. iur. li. vj. & de officio quod debet vxor viro. vide in l. ſicut patronus. ff. de op. li. Itē adde ꝙ officiū dicit̄ religio quā homo debet Deo. l. nemo. ā. de epi. aud. Itē dicit̄ cura vel ſolicitudo. j. de ſer. fu. l. ij. Item tutela dicit̄ officiū, vt j. qñ mul. tu. offi. fun. po. Itē dicit̄ imperiū: vt ff. de off. cōſu. l. j. & in ſum. Azo. ā. eo. tit. & de hoc verbo officio vide plura per Fel. in c. inter cætera. de off. or. & in c. poſt ceſſionem. in prin. de prob. Franc. Cur.

c ❡Ad euam. Adde originaliter. Geneſis j.

d ❡Relatiuum. Adde Bart. in l. Iulianus. ff. de hær. inſti. & in l. hoc articulo. col. pe. ver. Itē habemus. eo. tit. & in l. ſi ſic. §. j. ff. de leg. j. & in l. ea tñ adiectio. ff. de leg. iij. & de iſta ſimplici relatione. vide etiā gl. in d. l. Iulianus. & in l. dñm. j. de iniu. Et ꝑ Lud. ro. in l. j. in prin. ff. de no. ope. nuncia. Cur.

a ℭ An vnꝰ. Adde bar. in l.ſi procuratori. la ij.ff.de cond.ide. Ale. de Imol.in d.§.ſi tutores in addi.ad Bar. in l.j.§.ſi plures.ff. de exer.& vide in §. ſed ſi ex.inſti.de ſatiſ.tu. intellige hoc nomine pupilli:non ſuo,vt ꝑ Ale. in d. §.ſi plures. Franc. Cur.

b ℭ Libertus. Adde gloſ.in l.j.C.de oper. li. & in l.ſolo. C.de lib. cauſa.

partem debiti me inuito:vt l.tutor.§.Lucius.
de vſu.Ita nec vnus ex hæredibus inuito
me poteſt ſoluere partem ſuam tantùm : vt
ſe liberaret,ſed habet neceſſe ſoluere totū.
& ſic liberare ſe & cohæredem.per l.ij.§.ex
his.de ver.obl.vbi dicitur quod ex perſona
hæredum conditio obligationis nō immu-
taretur ſi poſſet ſoluere partē,cū defunctus
non poſſet.Pe.tenet contra per prin.huius.
l.quia ſi haberet neceſſe ſoluere totum,non
cōpeteret ſibi actio.neg.geſt.directa. cuius
contrarium vult iſta l.in princ. ſed daretur
vtilis,vel fa.erc. vt in ſecunda parte.tanꝙ
pro negotio non ſponte geſto. ſed vrgente
neceſsitate:quia volebat ſe liberare.& non poterat niſi totum ſol
ueret,ſicut qñ volebat liberare pignus. Ad cōtrariū de §. ex his.
dic vt ibi.Nam non debet intelligi quantū ad facultatem ſoluen
di id quod debebatur.ſed quādo vellet ſoluere aliud pro alio : qa
ſi defunctus nō poterat,nec etiam aliquis ex cohęredibus:vł qñ
actio erat indiuidua de ſui natura reſpectu ſolutionis.ſecus quā-
4 do diuidua.†Vltimò ex eo quod dicit glo.pe.in fi.not.ꝙ eſt repe
rire actionem in genere.quod tenet Bart.licet quidam cōtra. qm̄
actio nō poteſt eſſe ſine præiacente materia, ex qua oriatur.Sed
actio in genere non poteſt habere præiacentem materiā. & ſicut
non reperitur homo in genere niſi in fantaſia hominis : quia pōt
homo hoc in mente ſua cōcipere:ita non reperitur actio in gene-
re de quo per Bar.in l.ſi ſeruus communis mæuij.de ſtipu.ſer.&
l.iij.§.fi.de acquiren.poſſeſ.

*2 ☞ In actione tutelæ bona gerentis ſunt tacitè obligata pro mala adminiſtratione. ſicut bona ueri tutoris, ſed in actione negotiorum geſtorum ſecus: ſed competit actio perſonalis contra gerentem.*
*3 Gerēs negotia pupilli ſine mandato tutoris,an habeat ipſum tutorem obligatum?*
*4 Tutor in negotijs pupilli poteſt facere procuratorem ſuo nomine,cùm ad ſe pertineāt. An unus tutor poßit facere contutorem,procuratorem: & ſibi committere uices ſuas?*

LEX IIII.

1 QVi pupillæ. † Gerens negotia pupilli vel pu-
pillę mandato tutoris:teneť pupil
læ hac actione,nō actione tutelę.hoc dicit.Et ſic māda
tum tutoris nō impedit hanc actionem oriri inter gerē
tem & pupillam:ſed inter gerētem & tutorem ſic: quia nō teneť
tutori hac act.ſed acti.mandati.& ecōuerſo tutor ſibi. quia man-
datū facit hāc actionē ceſſare īter mādātē & mādatariū:nō inter
2 mādatariū & nō mādātem:vt hic patet.l.iij.§.fi.ff.e.ti.† In tex.ibi
[nō videtur geſsiſſe:] dic & ſic nō tenetur actione tutelæ.de qua
ff.de eo.qui pro tu.Nā iſte titulus habet locū quādo quis credens
ſe tutorem cum nō eſſet,geſsit negotia pupilli:ſed hic iſte nō cre
debat ſe tutorem,neqꝫ geſsit vt tutor.ſed mandato veri tutoris.
Ideo ceſſat illa actio:& datur iſta.& hoc eſt magni effectus:quia
in actione tutelæ bona gerētis ſunt tacitè obligata pro mala ad-
miniſtratiōe,ſicut bona veri tutoris:vt j.de admi.tu.l.pro officio.
& ibi no.in fi.gl.fi.Sed per actionem neg.geſt.ſecus:quia hoc nō
reperiť iure cautū.& ſic in primo caſu poſſet bona aduocare per
hypothecariā à quocunqꝫ poſſeſſore.in ſecundo,ſecus: quia ſolū
3 poſſet agere actione perſonali contra gerētem.† In gl.j.in fi. ibi.
[licet mandauerit tutor. ]ſed iſta ſol.nō videť bona:quia manda
tum tutoris cenſetur eſſe mādatum pupillæ, ſicut ſciētia tutoris
cenſeť eſſe ſcientia pupilli.vt l.iij.in fi.ff. de tribu. ſed dic hoc ve-
rū in his ꝗ principaliter nō pertinerent ad tutorē: ſed ad pupillū,
ſed geſtio negotiorum pupilli pertinet ad tutorem ſuo nomine.
& ille qui gerit negotia pupilli ſine mandato tutoris, habet ipm
tutorem obligatum:tanꝙ geſſerit negotia eius.nō dicuntur eius.
ſcilicet,cura & ſolicitudine:non vtilitate:vt in l.ſi pupilli.in prin.
& ibi no.ff eod.Si ergo tutor mandauit alicui ꝙ gereret , cenſeť
illi mādaſſe negotium ſuum licet etiam ſit negotium pupilli : &
propter hoc illud non reputatur negotium pupilli:ſed ſolius tu-
toris.ſi autem tutor non mandaret vniuerſaliter geri negotia pu-
pilli, ſed particulariter mandaret alicui quòd aliquam rem ven-
deret,vel emeret pro pupillo,tunc cenſeretur mandatum pupil-
li.& inter mandatarium & pupillum nō orireť actio neg.geſ. ſed
4 mandati.†no.ergo ſecundùm Bald. ꝙ tutor in negotijs pupilli
poteſt facere procu.ſuo nomine.cum ad ſe pertineāt:vt dixi.Sed
a an vnusᵃ tutor poſsit facere cōtutorem procuratorem in hoc, &
ſibi committere vices ſuas? Dic quòd ſic ſecundùm Bald.qui al-
legat text.in l.ſi procurator.§.ſi tutores.ff.mand.In gloſſ.fina.ibi.
[ j.eod.ſi mandatum. ]& plenius.ff.eod.l.iij.§.fi.

*2 ☞ Officium ratione cuius debet alter alteri prodeſſe,& non nocere,an inducat præſtandi neceſsitatem? & an impediat actionē negotiorum geſtorum: & quid in obſequio, & quid in pietate paterna uel materna?*

LEX V.

1 OFficio. † Quod quis facit ex neceſsitate obſequij
debiti,non venit in hac actione. hoc dicit.
b debes ſcire ꝙ libertus ᵇ ſi poteſt tenetur alere patronū
egentem. & etiam filios eius egentes.hoc tamē ſecun-
dùm,non ſemper eſt verū.ſed cum diſtinctione. & hæc habenť
in l.ſi quis à liberis.§.ſolent cōſequi.ff.de lib.agn.& tenetur hac
rōne obſequij,ad quod tenetur patrono propter bñficium liber-
tis ab eo receptum.& ad iſtud debitum licet nō competat actio:
ſed officio iudicis redigiť ad pręſtandi neceſsitatem: quia poteſt
ad hoc præciſè cōpelli:ſicut filius ad alendum patrem.dicto ca-
ſu.ſi ergo aluit, abſqꝫ actiōe nō repetit:quia ſoluit decitum quaſi
naturale:& ſe liberauit.& eadem ſolutio nō debet parere ſolu. &
repetitionē.vt in l.cū his.§.j.ff.de cōdi.indebi.† In glo.prima ibi.
[inter hominem & hominē. ] dic propter cognationem quā na-
tura inter eos conſtituit.l.vt vim.de iuſt.& iur.ratione cuius de-
bet alter alteri prodeſſe.& nō nocere,hoc tamē officium non re-
digitur ad præſtandi neceſsitatem. Ideo impedit act.neg.geſt.qa
licet quis debeat alteri prodeſſe ſi poteſt,nō tñ tenetur ꝓ illo de
ſuo expendere,aliàs ſequereť ꝙ iſta actio nūquā competeret.ſed
obſequiū magis arctat:quia redigitur ad pręſtandi neceſsitatem
ideo iſtam actionem excludit.Pietas autem paterna vel materna
impedit.cum diſt.tñ de qua dixi in l.j.§.eo.& no.j.eod.l. alimēta.
gl.fi.ibi.[ſed dic idem in adulta,niſi proteſtetur. ] Sed certè non
videtur prodeſſe proteſtatio,ex quo libertus teneť alere nō ſolū
pupillos:ſed adultos,ſi poteſt.vt in d.l.ſi quis à liberis.§.ſolēt.iū-
cto eo quod no.j.eod.l.alimenta.poſt prin.gl.magnæ.

*2 ☞ Curator an poſsit dari in teſtamento?*

LEX VI.

1 CVratorem. † Si officium iniunctum non ar-
ctat regentem pro geſtis,compe-
tit hæc actio directa.hoc dicit.ſecundùm Bartol. Sed
ſi artactet,& alia actio ordinaria ceſſaret : & daretur
hæc actio vtilis.vt infrà eodem.l.curatoris. Si verò competeret
alia actio ordinaria, ceſſaret vtilis.& daretur iſta: vt ſuprà codē.
2 l.ſiue pro fratre.in fi.& quod ibi not.† In text.ibi.[iure factum.]
Dic quòd curator adulto non debet dari à teſtatore in teſtam.
Sed à iudice ipſi adulto petenti,ſi ergo teſtator dedit,datio ipm
non artauit ad gerendum. Et per conſequens ſi geſsit , vide-
tur ſponte geſsiſſe. & ſic competit hæc actio directa.Sed con-
tra quòd poſsit dari in teſtamento:vt in l.de creationibus.ſuprà,
de epi.audi.Sol.ſpeciale eſt in furioſo ſecundùm Bartolum: ſed
Bald.dicit ꝙ omnes illi qui habent curatorem legitimum qui
datur à l.vt mutus, & ſurdus, & alij de quibus in l.prima, in
fin.cum l.ſequen.ff.de poſtu.poſſunt habere curatorem etiam te
ſtamentarium.quia ſicut datur à l. non petente , ita poteſt dari
à teſtatore. cuius diſpoſitio vim. l. habet : vt in authentic.de
nup. §. diſponat.

LEX VII.

1 SI ab eo qui. † Pro ea parte qua creditor debito
ri ſucceſsit,confunditur obligatio.
pro alijs verò partibus competit contra hæredes actio.
hoc dicit. Adde quod nota.per gloſſ.in l.prima, infrà
de hære.actio.gloſſ.intelligitur quando fuit inſtitutus iſte in iſtis
duabus vncijs animo compenſandi,aliàs ſi iſtę ſufficerent ad de
bitum non poſſet agere contra hæredes : ita intellige gloſſ. ſed
quando non animo compenſandi:tunc etiam ſi multò plus vale
ret quàm ſit debitum,poſſet agere contra cohæredes:& non con
funderetur obligatio niſi pro ſexta parte.

LEX VIII.

1 ADuerſus. † Actio perſonalis non tollitur longo
tempore.hoc dicit.concor.l.ij.infrà,de
conſtitu.pecu. ſed longiſsimo tollitur. id eſt, eliditur
per exceptionem præſcriptionis.vt l.ſicut.& l.omnes.
de præſcript. xxx.anno.

2 *¶Negotium dicitur noſtrum quatuor modis: ſcilicet ipſo geſtu: re ipſa, cura & ſolicitudine, & ratihabitione.*

LEX IX.

SI pecuniam. †In negotio quod eſt noſtrum ratihabitione, hæc actio oritur ratihabitione ſecuta, & non prius. hoc dicit. †Et debes ſcire quod quatuor modis dicitur negotium noſtrum. ſcilicet ipſo geſtu quando pro me ſolueres creditori meo. Nam ſtatim quod ſoluis: me liberas. Ideo dicitur ipſo geſtu meum. & tūc ſtatim oritur tibi actio contra me etiam inuitum. vt in l. ſoluendo. ff. eodem ſecundo modo re pſa: vt ſi impendis in rem meam vtiliter, vel neceſſariò. Nam eoipſo res mea efficitur melior: & ſimiliter idem: quia teneor ratū hoc habere. Tertio cura & ſolicitudine. vt ſi eram tutor alicuius, & tu geſsiſti negotia illius, cum ad me pertineret geſtio: vt in l. ſi pupilli. ff. eodē. & idem per omnia. Quarto modo ratihabitione quando ex illa geſtione non ſentio vtilitatem, niſi quatenus velim: vt ſi emiſti pro me aliquam rem, vel rem meam nomine meo vendidiſti, vel à debitore meo debitum exegiſti. & tunc non cogor habere ratum, nec dicitur negotium meum antequam ratum habeam: ideo nec prius oritur hæc actio: poſtquam verò ratum habeo, negotium meum efficitur ratihabitione: de hoc loquitur iſte tex. Et in iſto vertitur quęſtio inter gloſſatores: vnde oriatur iſta actio, ex geſtione, an verò ex ratihabitione. Et glo. videtur ſentire quòd ex ratiha. Docto. tenent contra, quia tunc non diceretur actio neg. geſt. ſed actio ratihab. vnde dicunt quod oritur ex geſtione mediante ratiha. quia ratihabitio hoc ſolum facit: quia facit ꝙ negotium dicatur meū, poſt quā facta eſt: non autem parit actionem. imò naſcitur ex geſtione dudum facta, de hoc in l. ſi pupilli. §. item quæritur. ff. eod. ar. l. ex placito. j. de rerum permu.

1 *Item quis poſsit repetere quod expendit in alimentando filium viuente patre? In his quæ non dependent à voluntate proteſtantis non prodeſt proteſtatio.*

3 *Quatuor caſus in quibus mater compellitur alimentare filium. & quid in alijs caſibus, ſi ſit proteſtata?*

4 *Si aliquis alimentauit aliquem tanquam filium ſuum, cum non eſſet, an poſsit repetere ab eo cuius eſt, an ab ipſo alimentato?*

5 *Si aliquis deceſsit relicto maſculo hærede vniuerſali, & relicta filia, cui reliquit dotem iure inſtitutionis, & mater retinuit iſtam filiam, & alimētauit de ſuo, an poſsit repetere à filio maſculo?*

LEX XI.

1 ALimenta. †Quod mater expendit in alimentando filium ab eo non repetit: quia nō videtur expendiſſe animo repetendi, ſed ex pietate materna. Secus in eo quod expendit circa res filij. hoc di-
2 cit. text. cum gloſſ. †In text. ibi. [prçſtitiſti.] ſubaudi poſt mortem patris, & nō præmiſſa proteſtatione: & quod intendebat repetere: ſed ſi patre viuente, cum onus alimētandi ad ipſum pertineat, poſſet repetere: quia quo ad ipſum non vigebat materna pietas: vt j. ff. eod. l. Neſennius. ver. pone peregrè patrem à filio verò nō. per l. ij. in fi. ſ. eo. Item ſi fuiſſet proteſtata, etiam à filio poſſet repetere: vt in d. l. Neſennius: niſi eſſet caſus in quo mater tenereť
a alimentare filium, & poſſet ad hoc compelli: quia tunc proteſtatio ſibi non prodeſſet. vt hic in gloſſ. quæ ſemper allegatur ꝙ in his quæ non dependent à voluntate proteſtātis, non ꝓdeſt pro-
3 teſtatio. Sunt autem tres caſus in quibus mater compellitur neceſsitate præciſa filium alimētare primo infrà triennium. vt j. de pupil. alen. filiū: quia tenereť ipſum lactare viuēte patre: ſed hoc eſt verum niſi eſſet ſibi dedecus ſecundū morem patrię, vel quia eſſet nobilis. & non conſueta ſecundū Azo. in ſum. illius tit. Vel niſi careret lacte, vel niſi eſſet paupercula, quæ viueret de labore ſuo, & non poſſet ad hoc vacare. Vnde dicit Bal. ſi ſcholaris haberet filiū ex aliqua ſanticella, vel paupercula, teneť ipſum recipere. & facere ipſum lactari, ſi illa mitteret eū ad domū ſuā: quia non poſſet ad hoc vacare ꝓpter paupertatem. Alius caſus eſt quando eſſet factū diuortiū culpa mulieris: vt j. diuor. fac. &c. & in auť. vt li. ma. & aui. §. illud quoq;. Tertius caſus eſt quādo filius eſſet pauper, & non eſſet alius qui tenereť ipſum alere. l. ſi qs à liberis. §. ſi mater. & quod ibi not. ff. de lib. agn. adde quartū caſum in quo etiam poſt triennium: vt viuente patre tenetur ipſum alere neceſsitate præciſa, quod habetur in l. j. §. ſi mater. de libe. agno. Extra iſtos caſus non tenetur neceſsitate præciſa: ideo prodeſt proteſtatio: ſed ſi non proteſtetur, in dubio videtur alimentaſſe ex pietate materna, ſi alimēta nō ſunt magna, & mater eſt diues: & hoc voluit gl. in hoc poſt princ. dum dicit [ex qualitate perſonarū &c.] & no. ſ. eo. in l. j. Eodē modo ſecundū Bal. ſi mater ſolueret condēnationē pro filio, vel redimeret ipſum ab hoſtibus, videretur feciſſe ex pietate: & non poſſet repetere: quia expenſa cōcernit perſonā: vt j. de cap. l. liber. Si aūt aliquid expēdit in emendo aliquā rem filio, pōt repetere, ſi nō cōcernit cauſam alimentorū: quia in talibus nō cenſetur materna pietas. Adde quod modica impenſa facta circa res filij, nō repetitur. ſicut nec facta per maritū circa res vxoris: propter affectionē perſonarū per l. omnino. ff. de impen. ſecus ſi fieret per aliam perſonā, in qua nō caderet affectio, vt ea. l. probať. Et dicit Cy. ꝙ in tali parua impēſa proteſtatio nō prodeſſet, ſed mihi videtur contrariū, per no. in l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. de
4 lib. agno. niſi eſſet ita parua quod eſſet deluſoria. † Quæro. quid ſi aliquis alimētauit aliquē tanquā filium ſuum, cū non eſſet. an poſsit repetere ab eo cuius eſt? an ab ipſo alimentato? vide Bart.
5 in l. j §. cōpetit. ff. ſi ven. no. mu. †Item quæro pone ꝙ aliquis deceſsit relicto maſculo hærede vniuerſali, & relicta filia, cui relinquit dotem iure inſtitutionis, mater iſtam filiam retinuit penes ſe, & alimētauit de ſuo, vtrum poſsit repetere à filio maſculo, ſicut poſſet à patre ſi viueret? Cy. hic format iſtam q. & arguit pro & cōtra, & determinat quod poſsit repetere: quia illud onus qđ imminebat patri viuenti, tranſit ad illum maſculum ad quē trāſeunt bona per l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de lib. agn. Bar. ibi videtur ſentire cōtrarium quaſi illud onus perſonale & extinctum fuerit morte patris. vnde nunc cum dicta filia reperiat ſe habere fratrem, & matrem, onus primo loco pertinet ad matrem: quæ eſt aſcendens. & in ſubſidium ſi mater non exiſteret, pertineret ad fratrem, & hoc colligit ex iſto tex. De iſta q. tāgitur in additionibus Specu. in tit. qui fil. ſint legi. ſuper rubrica. circa fin. & tit. de ſta. mo. ſuper rubrica. circa fin. Conſtat autem
b quod ſi non extaret mater, talis frater teneretur eam alimētare. b per caſum no. in l. qui filiū. ff. vbi pu. edu. de. Mihi placet determinatio Cy. & dicit ſe ita conſuluiſſe. Vltimò quod hic dicitur in expenſis alimentorum. Idem in alijs concernentibus perſonā: vt in l. j. ſ. eod.

a ¶Mater tenetur alimentare. Adde glo. in verſic. ſecundū facultatē. in c. cū haberet. de eo qui du. in ma. quā pol. p adul. doc. in c. j. de conuer. infi. & in c. ſi. eo. tit.

b ¶Frater teneretur eā alimentare. Adde l. Mutius. in §. manēte. ff. de iur. do. l. quāuis. ff. ſolut. matr. Bart. in tract. de ali. & eundē Paul. de ca. in conſil. ccccxxxiiij. col. ij. in ſecunda parte cōſil. antiquorum, ſecūdū nouiſ. impreſsionē. Cur.

LEX XII.

1 SI filius. †Si filius ſoluit debitū paternū viuente patre animo donādi, nō repetit. ſi hoc cōſtat: aliàs ſecus, quia videť ſoluiſſe animo repetendi. h. d. ſecundū communē intellectū quē tenet Bart. & not. bonam. l. qñ aliquis habet plures filios. & vnus eorū ſoluit debitum paternū, & poſt mortē patris veniunt ad diuiſionē, an ille poſsit ante partē recipere quàm ſoluit. nā ipſi appareat ꝙ animo donādi ſoluerit, pōt repetere: ita debet intelligi iſte verſi. igitur glo. tñ videť ſentire cōtra ſecundū Io. quod in dubio præſumať ſoluiſſe animo donandi. Sed Bar. dicit de directo hoc eſſe contra text. qui in prima parte loquiť cōditionaliter. ſi donandi aīo &c. ergo ſi nō apparet, præſumitur ſoluiſſe animo repetendi. Hoc tñ verū ſi ſoluit de propria pecunia caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi, vel ſi erat emancipatus. & ſi habebat dñium quo ad proprietatem & vſumfructū. ſi aūt ſoluit de pecunia paterna profectitij peculij, clarū eſſet ꝙ nō repeteret: quia nihil ſibi obeſſet: cū tale peculiū poſt mortē patris veniat in collationē. l. certū. j. fa. erciſ. ſi verò de pecunia aduētitæ peculij. cuius vſusfructus pertinet ad patrem, & proprietas ad filium, tunc viuente patre non repeteret, ſed eo mortuo à fratribus ſuccedentibus patri, pro rata pro qua ſuccedunt. Et prædicta locū habent, etiā ſi ex volūtate nō ex neceſsitate ſoluit. multò fortius ſi ex neceſsitate: vt quia fideiuſſerat pro patre: quia in neceſsitatibus nō præſumeť liberalitas. l. rem legatam. ff. de adimen. l. iuncta. l. ſi dubiteť. §. filiusfa. vbi eſt caſus. ff. de fideiuſſo. In gloſſ. j. ibi. [non de caſtrenſi, peculio vel quaſi:] dic iſta diſtinctio non cadit in primo caſu huius l. qñ ſoluit animo donandi, quia tunc de quacunq; pecunia ſoluerit, non repetit. ideo iſta glo. malè fuit poſita in hoc princi. ſed bene ſtaret in ſecundo caſu, quando non apparet animo donandi: & tunc dic vt ſupra dixi.

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

a ¶Sed impenſam funeris. Adde Pau.de caſt.in l.ſi filia.ff.ſol.mat.Abb.in diſpu.in ci.Sempronius.in primo dubio.

b ¶Marit⁹ tenetur.adde c.p veſtras.de do.īter vir.& vxo.abb.ī c.ex literis.d diuor.

c ¶Poſſet marit⁹ vxorem repellere. Adde text.ī l.fi. C.ad velſ. Bal.in l.fi.C.de ſentē. quæ ſine certa quanti.profe.& Abb.in c.j.de adul.

d ¶Duos fratres nobiles. Adde Ang.ſ.l. vt nemini.& eſt l.fin.in lec.Florentina. C.de col.& in l. ex duob⁹. ff.de neg.geſt. & Pe.de Peru.in ſuo tract.de duobus fratrib.in ſexta parte.cõſ.xxij.q.xxiij.cũ trib⁹ charitis ſe.vbi latiſsimè.& adde ꝙ in fratrib⁹ ſocijs omnium bonorũ nõ habetur iſta cõſideratio,ꝙ vnus haberet familiã,alter non. ita Paul.de Caſtr.in ſuo conſ.cccj.inci.ſuper primo quæſito. col.j.verſi.venio ad quintum. in nouis. Cu rt.

2 ☞ *Maritus an teneatur de neceßitate expendere in uxorem ægram,uel non?*

3 *Maritus tenetur alere uxorem,etiam ſi nullam dotem habeat: ſi eſt in ſuo obſequio,& ſit ſana,& quid ſi infirmetur?*

4 *Si mulier,uel alius pro ea promiſit dotem: & eam non ſolueret integraliter,poſſet maritus uxorē expellere, & remittere ad domum patris.*

5 *Si uxor recederet à uiro propria authoritate ſine iuſta cã: etiam ſi uir haberet penes ſe dotem, non tenetur eã alimentare,cum teneatur etiam ad obſequia.*

6 *Si maritus expulit uxorem ſine iuſta cauſa,etiam ſi nullam dotem habeat,nec præſtet obſequia, quia per eam non ſtat.tenetur maritus miniſtrare ſibi alimenta.*

## LEX XIII.

## Q Vod in vxorem.

1 †Impenſam quam maritus fecit in infirmitate vxoris, ea mortua non repetit à patre vxoris:licet dos ad eum
a reuertatur:ſed impenſam funeris[a] bñ repetit dicto caſu.h.d.Sed ſi non reuerteret ad patrem: ſed remaneret apud eũ ex pacto, vel ex forma ſtatuti,vel propter liberos de cõſuetudine,tunc ad ipſum maritum pertineret impenſa funeris.& ſi pro parte reuertiť, pro parte remanet,ꝑ rata ꝑtinet ad vtranq́. vt ſ.de reli.& ſum fu.l.Celſus. cũ l.ſeq. In text.ibi.[nõ à ſocero.] ſubaudi etiam ſi ad ipſum dos reuertatur.vt differat à caſu ſeq.
2 †In text.ibi.[ſed affectioni.]iſtud verbum facit dubiũ in hac l.nã videť quod debeat dicere:ſed debito tuo:poſtquàm habebat dotē penes ſe tenebať ex debito tales impenſas facere ſecundũ facultates dotis, & fructus eius.vt eſt caſus in l.ſi cùm dotem.§.ſin autem in ſeuiſsimo. ff.ſol.matri.Eſt enim longa differentia an faciat ex debito: quia tũc proteſtatio quam facit,animo repetendi,ſibi nõ prodeſſet: vt not.ſ.eod.l.alimenta.poſt princip.gl.an autem ex affectione maritali:quia tũc ꝓteſtatio ſibi prodeſſet.ſicut quãdo mater facit ex pietate materna:vt ibi no.& in l.Neſennius.ff.e.propter hoc Cy. intelligit iſtum tex.quando impenſa tranſcenderet facultatē dotis,ſeu fructus eius.per illum text.in §.ſi autem in ſeuiſsimo. vbi dicit ꝙ teneť facere vſque ad vires dotis.& tunc videtur facere ex affectione.& ſi proteſtaretur,bene repeteret:ſed vſq; ad vires
3 dotis ꝓteſtatio nõ prodeſſet.†Sed contra,quia maritus tenetur[b]
b alere vxorē,etiam ſi nullam dotem habeat,ꝑ l.ſi nulla.ff.de lega. So.verũ eſt ſi eſt in ſuo obſequio:quia ſit ſana & obſequatur marito,ſed quãdo infirmatur,tũc ſi modica infirmitate:vt nõ abſtrahatur ab obſequio.idem,ſi verò graui:tunc ſi non habet alia bona vnde poſit viuere.& ſe curare,nec patrem & matrem ad quos pertineat.idem,ſi verò habeat alia bona, vel habeat patrem vel matrem,non tenetur eam curare ſi non habet dotem,vel vltra vires dotis.Sed ſi hoc facit ſponte,non præmiſſa proteſ. videtur feciſſe ex affectione maritali.& ſic animo donãdi.& iſto modo po
4 teſt intelligi iſte text.ſecundùm Cyn.Adde quòd ſi mulier vel alius pro ea,promiſiſſet dotem,& non ſolueret integraliter, poſ
c ſet maritus vxorē expellere.[c] & remittere ad domum patris, etiã ſi illa vellet obſequium præſtare viro,vt in authen.de non eligē.
5 ſecũ.nu.§.pe.& ibi not.†Item ſi vxor recederet à viro propria authoritate ſine iuſta cauſa, etiam ſi vir habet penes ſe dotem, non teneretur eam alimentare,cum teneatur etiam ad obſequia.vt in l.ſicut.& ibi nota.ff.de ope.li.& fruſtra petit debitum qui quod
6 debet non impedit.vt in l.ædiles.in fin.ff.de ædil.edic.†Item & tertiò quòd ſi maritus expulit vxorem ſine iuſta cauſa, etiam ſi nullam dotem habeat,ne præſtet obſequia:quia per eam nõ ſtat, tenetur maritus miniſtrare ſibi alimenta,& etiam curare in infirmitate. ſecus ſi obſequia præſtaret. argu.in l.qui concubinam. §.vxori.de lega.iij.& vide Bald.j.ad Velleia.l.fina. & in l.prima, infrà de lega.

2 ☞ *Si geßiſti negotium alicuius,an & quando habeas contra ipſum actionem negotiorum geſtorum:& ipſe contra te?*

## LEX XIIII

## S I mandatum.

1 †Mandatum tertij non impedit hanc actionem oriri inter gerentem,& eum cuius ſunt negotia geſta: ſed inter mandantem & mandatarium parit actionem manda
2 ti.hoc dicit.concor.l.qui pupillæ.ſ.eod.†In gloſſ.ibi.[l.iij.§.fin.] Super hoc articulo quando geſsiſti negotium alicuius,ſi quæritur an habeas cõtra ipſum act.negotio.geſt.& ipſe contra te: dic aut nullum credebas obligare:quia putabas negotium eſſe tuũ, & tunc non habebas acti.ſed retentionem,ſi contra te agatur, vt in l.ſi in area.in fi.ff.de condi.inde.Aut credebas tibi aliquē obligare:& tunc illum cuius erat negotium. vt quia ſciebas ad eum pertinere.& non eſt dubium ꝙ ille tibi obligatur, & tu ſibi.vt in toto iſto tit.ff.& C.aut credebas obligare alium ad quē putabas negotium pertinere,& tunc aut ad illum nullo modo ꝑtinebat. & obligas verum dominum, ad quem in veritate pertinet.ita loquitur.l.hic allegata in gl. Item ſi cum.§.fi.ff.eo.& etiam in iſta l.vnde hic ſi putabas negotia mulieris pertinere ad maritum:& nõ ad mulierem,cum ad maritum nullo modo pertinēt.obligas vxorem.& te ſibi.aut ad illum quoquo modo pertinebant negotia.& tunc aut cura,& ſolitudine duntaxat.& idem, vt ſ.eodē.l. qui pupillæ.aut alio nõ ſuo nomine,& tunc non obligas verum dominum negotiorum,niſi quatenus efficitur locupletior:vt l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ver.eodem.& ibi not.ff.eodem.& hoc de iſto paſſu difficili.& ſubtili in quo iura videntur variare. & de quo plus tractatur.in l.iij.§.fi.ff.eo.

2 ☞ *Si ex duobus fratribus unus habeat filios & uxorem,alter non, & ille qui non habet liberos recepit obſequialia ſeruitia à liberis alterius non poteſt in diuiſione reſtaurari,quatenus ille qui habebat uxorē & liberos plus expendiderat de cõmuni.*

3 *Victricus quando æquiparatur patri,& quando non?*

## LEX XXV.

## S I paterno.

1 †Alimenta præſtita per vitricum priuignis,non repetuntur, niſi facta fuerint animo repetendi.hoc dicit.& ſic ſibi incumbit onus probandi.quod probabit ſi fuit poteſtatus, vel ſi expenſæ erant magnæ & ipſe non erat multùm diues.gloſſ. verò dicit quòd in dubio præſumuntur factæ animo repetēdi, niſi ab eis aliqua obſequialia ſeruitia reciperet,quę poſſent talibus ęqui
2 parari impenſis.† Et iſtud inducit Bal. ad quæſtionem quæ fuit
d hic non eſt diu inter duos fratres nobiles,[d] quorum vnus habebat vxorē & filios,alter non:tamen primus omnia onera domus ſubibat.& alter quaſi in nihilum.cum autem venirent ad diuiſionē,volebat ille alter reſtaurari,quatenus ille qui habebat vxorē & liberos expenderat de cõmuni,plus quàm ipſe q nullos habebat,certè ſi à liberis eius recepiſſet obſequialia ſeruitia, nõ poſſet hoc petere.per iſtã gl.ita ſi recepit à matre illorum & patre, qui (vt dixi) oĩa onera domus ſubibat.& ille nõ habebat aliud agere niſi ponere ſe ad menſam.& ita rñdi per iſtam glo.& per not.hic
3 per Bald.† In tex.ibi aluiſti:& ſic patet ꝙ priuigni poſſunt ali penes victricũ.ſed cõtra de l.j.j.vbi pu.edu.de.vbi dicitur quod nõ ſunt filij alēdi penes matrem.qñ victricũ ſuperinduxi:quia eſt ꝓſumptio cõtra eos.Sol.verum eſt in dubio.& qñ poſſent alibi cõmodè alimētari:ſed poſſet eſſe talis victricus de quo nulla poſſet eſſe ſuſpicio:& de tali intelligitur.hic,totum ergo reſidet in arbitrio iudicis.vt l.j.in princ.ff.vbi pu.edu.de. Quinimò interdum victricus decernitur tutor priuignis:vt in l.fi.in princ.j.de cõtra.iu.tu.& ff.de ado.l.nõnunquam. ſi tamē nõ eſſet idoneus:mater quæ fecit ipſum dari puniret,acſi nullũ dari feciſſet.vt no.Bald. in l.precibus.j.de impu.& alijs ſubſtit.Aliquãdo enim victricus nõ æquiparatur patri,nec habetur loco parentis, vt j.de fur.l.ſi nõdum.cum ibi nota.Sed hic ſic ex qualitate perſonæ.

2 ☞ *Venditor ſi ſoluit tributa poſt uenditionem,quia res uendita non fuit remota de catastro:reperit ab emptore per hanc actionem.*

3 *Quod tamen fiſcus poßit etiam compellere emptorem poßidentem, licet res non fuerit adhuc poſita ad ſuum æſtimum.*

4 *Quòd res uendita non debeat remoueri de libra uenditoris,niſi apponatur in libra emptoris idonei facilitate conueniendi.*

## LEX XVI.

## S I negotium.

1 †Soluens tributa pro alio, etiam ſi ſit ſoror,vel frater, poteſt aliud repetere per hanc actionem,& ſic inter fratres & ſorores non præſumitur animus donãdi. Certè nec inter patrem

atrem & filium, in expenſa quæ non concernit perſonam: vt ſ.
o.l.ſi filius.& l.alimenta.in fi. In hoc tamen videtur differre, q̄n
modica impenſa, quia inter patrem & filium præſumitur ani
mus donandi: ſicut inter maritum & vxorem: vt in l.omnino.ff.
de impen.iuncta l.publica.ff.depo. per quàm videtur hoc termi
are Bar.in l.quæ dotis.ff.ſo.ma.nõ ſic inter collaterales.ar. hic.
quia hîc non diſtinguitur an ſit parua, vel magna.† Et per iſtam
l.dicit hic Bal.ꝙ ſi vendidiſti vel donaſti mihi rem tuam, & tra-
didiſti, nõ tamen fuit remota de tuo allibratu, ſeu cataſtro, quia
nõ fiat noua libra, quæ ſolet fieri de tempore in tempus, non re
moueatur de allibratu venditoris.& ſic ſemper compellitur ven-
ditor ſoluere quouſq; remoueatur de libra ſua, quam ipſe poteſt
repetere ab emptore. per hãc l.quia hoc eſt onus fructuum. vt l.
neq; ſtipendium.ff.de impen.& l.ſi pendentes.§. ſi quid cloaca-
rij.ff.de vſufr.& ſic pertinet ad illum qui recipit fructum. Meri
ò ſi ſoluatur per alium, vel ſponte vel coactè, poteſt ab illo repe
1 tere.† Adde quod fiſcus poteſt etiam cõpellere emptorem poſ-
ſidentem poſito etiam quod adhuc nõ fuerit poſita res ad ſuam
libram vel ęſtimum.caſus eſt in l.fi.& ibi expreſsè no.Bar.j.ſine
cen.vel reli.& ſic poteſt exigere quem vult de prędictis: quia res
eſt ibi obligata pro talibus oneribus fiſcalibus: vt in l.Imperato
res.ff.de publi.videtur tamen ꝙ hoc non debeat fieri niſi in ſub-
ſidium, non exiſtente ſoluendo venditore.ſed plus placet qd' in-
diſtincte. Nam ſi venditor ſolueret, repeteret ab emptore: vt hic.
ergo non poteſt conquæri ſi ipſe directa via ſoluere cogatur. &
4 vt videtur circuitus: vt in l.dominus.ff.de cõdi.inde.† Item adde
quod non debet remoueri de libra venditoris, niſi apponatur in
libra emptoris idonei facilitate conueniendi. Ideo ſi aliquis ven
deret rem ſuam eccleſiæ, quæ non poteſt cõuenriri: nunquam re-
mouebitur de libra venditoris, niſi faciat ꝙ eccleſia ſe obliget ad
ſoluendum. vt in aut.ſed & periculum.& ibi no.per Bar.eo.titu
in ſine cen.vel reli.& per Bar.in l.incola iam.ff.ad munici.

*1 ¶ Quare officium tutoris uel curatoris non tranſeat ad eorum hæredes ſi gerens ne-*
*gotia ... & de qua culpa teneantur? & nume. 2.*
*3 Actio negotiorum geſtorum directa, qualiter ſumatur. duobus modis, & cui competat*
*contraria? & nume. 6.*
*4 Quandocunque actio quæ alicui competit, datur ex uerbis & mente legis, tunc dicitur*
*directa, & quid ſi deficiant uerba? & nume. 5.*
*5 Quando actio quæ competit non datur ex uerbis & mente, ſed ex mente tantum, tunc*
*dicitur utilis, & quando, & an etiam debeat deficere mens. ſed extentione facta per*
*iuriſconſultos tali actio datur, & quid de contraria directæ? & nume. 6.*
*6 An proſit utili & directa actione locum habeant: ex parte conuenti?*
*7 Utilis quando reperiatur? dupliciter.*

LEX XVII.

1 CVratoris. † Contra hæredes geſtoris neceſſarij competit hæc actio vtilis, in qua ve-
nit dolus & lata culpa defuncti, nõ leuis: licet officiũ
ad ipſos hęredes non tranſeat. hoc dicit. ſecundũ Bar.
In tex.ibi [etiam ſucceſſores.] videbatur contrarium. quoniam
officium curatoris non tranſiuit ad ſucceſſores. vt j.in verſ. [nec
ad eos.] ergo nec actio competens ratione officij. Sed iſta conſe
quentia non eſt bona. Nam officium non tranſit pro tempore fu
turo ſed actio datur pro præterita adminiſtratiõe, ſic habetur in
ſimili ſ.pro ſoc.l.verum.§.in hæredem. vbi actio pro ſoc. datur
in hæredem ſocij: & tamen ad ipſum non tranſit ſocietas. In tex.
ibi [vtili.] ſubaudi non directa. quoniam illa fuit inuenta contra
geſtorem voluntarium, ſed iſte fuit neceſſarius. Poſtquam enim
fuit datus curator, neceſſe habuerit gerere, aliâs tenetur ad in
tereſſe.l.quidam decedens.§.fi.ff.de admi.tut. Ideo autem datur
vtilis hoc caſu: quia non eſt dare aliam actionem: aliâs illa dare-
tur, & non iſta vtilis: vt quando neceſsitas non perueniret ratio-
ne officij neceſſarij: ſed ratione cõmunionis, quo caſu poſſet da-
ri vel fami.erciſ.vel communi diui.vt ſ.eod.l.ſiue pro fratre. In
tex.ibi [latam culpam præſtare.] ſcilicet ipſius defuncti: non au
tem leuem. niſi in tribus caſibus. qui habentur. in l.j.j.de hęre.tu.
Sed de propria culpa hæredum an teneantur? dicũt doc. ꝙ ſi ipſi
adminiſtrauerũt ex neceſsitate qua compleuerunt inchoata per
defunctum, etiam de propria culpa leui non tenentur hæredes.
licet ipſe defunctus teneretur.& de hoc eſt caſus.in l.cum oſten
dimus.ff.de fideiuſ.tuto. Sed ſi geſſerunt noua negotia volunta-
riè tunc tenẽtur de leui culpa ex perſona propria, ſicut alius ge-
ſtor voluntarius & ita intelligatur hic gl.fi.ſuper ver. [culpam.]
in prin. dum dicit. [ſed ſua ſic, licet ex ſuſpicione neceſsitatis ge-
2 rat &c.] † In tex. ibi. [nec ad eos officium
adminiſtrationis &c.] Quæ autem ſit ratio
ꝙ officium tutoris vel curatoris, nõ tranſit
ad eorum hęredes. ponitur in tex. in l.cuius
bonis.ff.de cura.fur. quem omnino vide.&
idẽ per omnia videtur in quolibet alio offi
cio publico vel priuato, vt videatur electa
3 induſtria perſonæ.† In hac l.ſunt tres gloſ.
prima magna. ſuper ver. [vtili.] & etiam ſe
cunda. Dicit Cy.ꝙ non fuerunt neceſſariæ
in hac l. & ꝙ immiſcuerunt ſe rei ad ſe non
pertinenti.& ꝙ dant laborẽ nobis ſine vtili
tate.& in aliquibus bene loquuntur. Certè
imò reſultat vtilitas, ſi bene inſpiciãtur iſtę
ſubtilitates: maximè quia dant intellectum
ad alias res vtiles. Pro declaratione glo.magnę formo talem op-
po.contra tex. dum dicit cõpetere vtilem actionem huic adulto
contra hæredes curatoris. contra imò eſt directa. nam actio quæ
datur domino negotiorum eſt directa. illa verò quæ negotiorũ
geſtori dicitur contraria: vt ſ.eo.l.ſi mandatum.in fi. Sol. hoc ver
a bum directa[a] dupliciter ſumitur. primò reſpectu contrariæ, quæ
datur geſtori: & hoc caſu non loquitur hic. Vnde fateor ꝙ iſta
actio vtilis illo reſpectu poteſt dici directa. Alio modo ſumitur
directa reſpectu vtilis.& hoc modo ſumitur hic. quia non datur
4 directa ſeu vtilis.† & circa hoc ſume duas regulas ſecundũ glo.
prima eſt. quandocunq; actio quæ alicui competit datur ex ver
bis & mente legis. tunc dicitur directa. Pone exemplum in duo
bus primis caſibus edicti prætoris poſiti in l.j.in prin.ff.eo. quã-
do quis gerit ſponte negotia viuentis, alius eſt quando gerit ne-
gotia quę nunc cum geruntur non ſunt viuentis: ſed fuerunt de
functi. vt negotia hæreditaria hæreditate iacente, & tunc actio
competens vel domino vel negotiorum geſtori. dicitur directa.
licet alio reſpectu vna dicatur directa, alia cõtraria. Secunda re-
5 gula eſt.† quando actio quæ competit nõ datur ex verbis & mẽ
te, ſed ex mente tantùm, tunc dicitur vtilis. ſecundùm gloſſ. quæ
ponit exemplum in tertio caſu addito per Vlpi. in ea.l. hæc vera
quando geſsit negotia quæ nec ſunt viuentis, nec fuerunt defun
cti: vt ſi poſt mortem aliqua fuerunt acquiſita hæreditati iacenti
per ſeruum hæreditarium. Iſta enim nũquam fuerunt defuncti.
nec hodie ſunt alicuius viuẽtis. vnde dicit glo. ꝙ datur vtilis ex
mente. Doc. in hoc reprehendunt glo. dicunt enim quod vbi ha
b bet locum mens.[b] licet deficiant verba legis. datur directa: ſicut
ſi adeſſent verba & mens per l.nominis & rei.§.verbum ex legi
bus.ff.de verb.ſigni.& per l.j.j.vti poſ.& no.in l.prætor. in prin.
de ope.no.nun. Dicunt ergo doc. tunc dari vtilem quando defi
ciunt verba & etiam mens. tamen extentione facta per iuriſcõ-
ſultos datur actio.& ita loquitur ille tertius caſus non ſit exten-
ſio per idemtitatem rationis. ſed per ſimilitudinem. & ita eſt in
caſu noſtro. Nam edictum prætoris loquitur de voluntario ge-
ſtore.& mens prætoris & ratio fuit inducere homines ad geren
dum negotia aliena abſentium, ne perirent. vnde prouidit geſto
ri de actione contraria. hoc autem non poteſt habere locum niſi
in illo qui non tenetur genere: quia inducitur ad gerendum pro
pter edictum prætoris, ſed ille qui tenetur gerere.& niſi gerat te
netur ad intereſſe, inducitur ex quadam neceſsitate cauſatiua: ne
ad intereſſe teneatur: vnde de tali non ſenſit prętor. nec fuit locu
tus. ideo non datur directa. verùm quia purè geſsit negotia alie-
na.& ſic eſt ſimilitudo inter volũtarium & neceſſarium: licet nõ
ſit identitas rationis. Iuriſconſulti extenderunt edictum præto-
ris, vt hoc caſu detur hęc actio, cum alia deficeret: ideo datur vti
6 lis: vt in hac l.† Item dicit glo. quod iſta diſtinctio nominum. ſeu
quæ ſit per nomina, reſpicit agẽtem: qua quicunq; agit, vel agit,
directa, vel vtili, vel contraria. ſed ſecundũ conueniri debet fieri
diſtinctio: quia quicunq; conuenitur: conuenitur directò vel vti
liter: & aliquando datur directa directò. vt quando adſunt extre
ma naturalia ex vtraq; parte. Aliquando directa vtiliter. vt quã-
do adſunt ex parte agentis.& deficiunt ex parte conuenti ſecun
dùm veritatem.& adſunt ſecundùm fictionem. Pone exemplũ,
ſi ſum dominus directus alicuius rei, quã tu tenes verè: & ſi ad-
ſunt ambo extrema neceſſaria in rei vendi. vt in l.j.j.de alie.iudi.
tunc datur mihi directa directò. Sed ſi deficeret extremum tuũ
ſecundùm veritatem, & adeſſe ſecundũ fictionem. vt quia dolo

a ¶ Directa. Vide Innocen. in c. Abbate ſanè in princi. de verborum ſignific. Cur.

b ¶ Locum mens. Vide in ꝓpoſito Ange. in conſi. ciiij. & adde ꝙ actio vtilis transfertur ex diſpoſitione l. vel ſtatuti: vel etiam ex diſpoſitione teſtatoris. vt per Ange. in ſuo conſilio lxxxij. & ꝙ vtilis veniat ex mente. Adde Signo. de homo. in ſuo conſil. clxxv. & in conſilio ccix. Cur.

deſijſſes poſsidere,& ſic haberis pro poſſeſſore,daretͬ mihi dire-
cta reſpectu extremi mei vtiliter reſpectu extremi tui, Et idẽ in
petitione hæreditatis. Doc.reprehendũt glo.primò.quia iſta di-
ſtinctio aduerbiorum non reperitur iure cauta:ſed potius magi
ſtralis.Secundò.quia non eſt vera:nam ſi deficit vnum extre-
mũ neceſſarium,non poteſt dari directè.ideo in caſu prædicto
quando dolo deſijt poſsidere,nõ datur mihi directa.licet ſim di
rectus dominus:ſed datur vtilis vt eſt caſus.in l.electio.§.ſi is. ff.
de nox.& per hoc expedita eſt iſta gl. iuxta literã. Debes ergo
ſcire circa primũ articulũ de directa & vtili actiõe.ꝙ iſta diſtin-
ctio reperitͬ qñ variantur nomina contrahentium,vel quaſi cõ-
trahentiũ.nõ tñ variatͬ nomẽ cõtractus,vel quaſi contractus. &
primũ dictum poteſt procedere duobus modis. primo qñ vnũ
nomẽ contrahentiũ deriuatͬ ab altero.vt commodãs cõmodata-
rius:& deponens depoſitarius.quo caſu directa datͬ cõmodati
& deponenti,ad quẽ res principaliter pertinet:& cõtraria datur
cõmodatario & depoſitario pro expenſis factis per eũ:vt in l.in
cõmodato.§.j.ff.commo.& hoc dixit gl.in l.conſenſu.ff.de acti.
& obli.Item poteſt cõtingere qñ vnũ nomẽ non deriuatͬ ab alte
ro.vt in contractu.pignoris.nam ex vtraq; parte dicitur pignus,
ſed ille q tradit vocatͬ debitor:qui verò accipit vocatur creditor:
& tunc pignoratitia directa datur debitori,ad quem res princi-
paliter pertinet.contraria verò datur creditori pro impenſis: vt
in l.tutor.§.contrariam.ff.de pig.act. Item in geſtione negotiorũ
nam ex vtraq; parte dicitur geſtio:cum ſit nomẽ verbale:vt no.
s.de procur.l.j.in prima glo.Sed ille cuius ſunt negotia,vocatur
dñs,qui verò gerit,vocatur geſtor.& primo datur directa.ſecun
do datur contraria vt s.eo.l.ſi mandatum:& ita intellige gl.mag.
in prin.dum dicit.[econtra geſtor ſpõtaneus habet directam.]
Intellige ſanè.ſ.cõtrariam.quæ alio reſpectu dicitur directa: ga
geſtor eſt ſpõtaneus,& ſic venit ex verbis & mente legis:& dũ
ſubdit:[at qui ex neceſsitate vtilem,]ſ.contrariam:quia non ve
nit ex verbis vel ex mente.Sed ex extenſione. Iuriſcon.ideo di-
citur vtilis talis contraria.& pro hoc.l.fi.j.eo.vbi patet ꝙ contra-
ria reperitur directa & vtilis:ſi verò nec variatur nomen cõtra-
ctus:nec contrahentium:tunc iſta diſtinctio non ſit. imò vtriq;
cõpetit directa.vt in cõtractu ſocietatis. qlibet eñ dicitͬ ſocius.
& ex vtraq; parte dicitur ſocietas:nec reperitur hic directa et cõ
traria:ſed duntaxat directa.& idem quando variaretͬ nomẽ con
tractus & etiã cõtrahẽtiũ:vt in cõtractu emptiõis,vel vẽditiõis:
locationis & cõductionis.Nã ab vna parte dicitͬ vẽditio & loca
tio:ab altera dicitͬ emptio & cõductio.Itẽ vnus vocatͬ venditor
& locator,alter emptor & cõductor.Nã hic nõ reperitͬ directa
& cõtraria.ſed cuilibet eorũ datͬ directa.ſ. vẽditori & locatori.
ex vẽdito & locato emptori & cõductori:ex empto vel cõdu-
7 cto,& quælibet eſt directa.l.Iul.§.ex vẽdito.ff.de acti.cũ ſi† Cir
ca ſecũdũ articulũ de directa & vtili.debes ſcire.ꝙ vtilis reperi-
tur dupliciter.nã aliquando nullã præſupponit directam com-
petere illi,cui competit vtilis vel alteri pro eo ad quod compe-
tit,vt in caſu noſtro in geſtore neceſſario in quo deficiunt ver-
ba & mens edicti prætoris.nam vtraque parte datur vtilis.dire-
cta verò nullo modo competit:ſed dicetur vtilis reſpectu dire-
ctæ.quæ competit ex geſtione voluntaria.& ſic in alio caſu. &
tunc iſta vtilis ſuccedit per omnia loco directæ: & eiuſdem eſt
effectus & vtilitatis:ita debet intelligi.l.actio.ff. eodem ex quo
ſequitur quod ſi alteri dedatur , à dedente ex toto non euelle-
tur: ſicut nec directa : quæ affigitur oſsibus ; vt in l. quis ergo
caſus.ff.de pec.& l.iij.pro ſocio. Sed ex ceſsione cauſatur quę-
dam alia vtilis, quæ competit ceſsionario : reſpectu cuius illa
quæ competit cedenti poteſt dici directa : licet alio reſpectu ſit
vtilis.Et ex hoc ſequitur magna vtilitas. quia poterit cedens
adhuc agere,& exigere à creditore:præterquam in tribus caſi-
bus qui ponũtur.in l.iij.infra de noua.Eſt & alia vtilis.quæ præ-
ſupponit directam competere vnà cum ea,tñ alteri perſonæ:Po
ne exemplum.qñ habens directam actionem cedit eam alteri.
Nam penes ipſum cedentem remanet directa & in ceſsionariũ
tranſit vtilis.quę producitur ineſſe tempore ceſsionis.& euellitͬ
de ipſa directa:ſicut filius de vtero matris.& idem ſi habens di-
rectam eam alteri venderet:vel donaret.& in alijs caſibus de q-
bus.in l.ij.infra de acti.& obliga.& in l.ex legato infra de legat.
Item pone exemplum in hærede qui habet directas actiones , ſi
reſtituit hæreditatem ex fideicõ.nam penes eũ remanẽt actiões,
directæ & in fideicõmiſſa.tranſeunt vtiles. & ambæ tendunt ad
idem. Item pone exemplum in procuratore cõtrahente nomine
domini in caſibus in quibus ex tali contractu competit domino
vtilis ſine ceſsione.l.in cauſæ.in fi.cum ſeq.ff.de proc.& iſtis ca-
ſibus talis vtilis nõ ſapit naturam directæ:nec eius loco ſuccedit
per omnia.ideo ſi habens talem vtilem eam alteri cederet,penes
eum nihil remaneret.ſed tota trãſiret in ceſsionarium:vt no.per
glo.in l.ex aſſe.ff.ad Treb.& ſic non poſſet poſtea agere:nec etiã
exigere extra illos caſus.qui ponuntͬ in l.iij.j.de noua.& iſta ſunt
ſubtilia ſecundùm Bar.& vtilia.quæ tamen Cy.non conſidera-
8 uit:or ſufficit.† In glo.ſuper verſi.[culpam.]in prin.ibi.[ licet ex
ſuſpicione neceſsitatis gerat.]Contra iſtam glo.videtur caſus.in
l.cum omnibus.ff.de fideiuſ.tu. ꝙ hæres tutoris vel curatoris ge
rens etiam de propria culpa leui non teneatur: ſed ſolùm de do-
lo & lata culpa.Sol.vt s.dixi. quia ibi loquitur quando geſsit ex
vera neceſsitate:quia fuit proſecutus inchoata per defunctũ.ad
quod tenebatur.vt in l.nam & ſeruus.§.ſi viuo.ff.eo.tit. Sed iſta
glo.debet intelligi quando non ſuberat vera neceſsitas, quia geſ
ſit nõ inchoata per defunctum:licet putaret ſubeſſe neceſsitatẽ:
quia credebat officium in ſeipſum tranſire.& tunc tenetur de le
ui culpa ſua.licet non de leui ipſius defuncti. In glo.ibi.[niſi in
tribus caſibus.] ſubaudi in quibus tenetur etiã de leui ipſius de-
functi. In glo.ibi.[ſecus autem in hærede eius qui ſpõte gerit.]
hoc idem tenet gl.in l.actio.ff.eo.& doc. approbant. quia in iſto
non reperitur differentia inter hæredem & defunctum.ideo de-
bemus ſtare regulę.vt hęres teneatur in omni eo in quo tenetur
defunctus.vt in l.ex contractibus.ff.de actio.& obli.ſed in hære
de neceſſarij geſtoris reperitur hęc differẽtia:quia defunctus te-
netur non ſolùm de dolo & lata culpa: ſed etiam de leui. vt j.e.l.
tutori.hęres autem eius non tenetur ex perſona defuncti,niſi de
dolo & lata culpa eius,non de leui.vt hic colligitur.& in l.j.& ij.
de hære.tut.præterquam in caſibus.de quibus ibi.& hoc in caſu
contractus:ſed ex contractibus eodem modo tenetur hęres quo
defunctus:vt in d.l.ex contractibus.ſecundũ Cy. Sed extra glo.
oppo.fortiter qđ hæres non teneatur de dolo defuncti,niſi qua-
tenus ad eum peruenit:vt in d.l.ſi plures.§.fi.ff.de dolo. Sol. aut
dolus defuncti purgatur per actionem de dolo.i. agitur de dolo
quia nulla alia actio competit. & tunc procedit cõtrarium. Aut
cõpetit alia actio ex contractu vel quaſi.& ſic ceſſat actio de do
lo.& tunc talis actio competit contra hæredem inſolidum.& ſic
nihil ad eũ peruenit:ita debet intelligi hic.& probatur.in l.ſi ho-
9 minem.§.datur.ff.depo. † In glo.ibi.[ſed contra.ff.eo.l.actio.]ſci
licet quod hæres teneatur etiam de leui culpa defuncti in hac a-
ctione vtili. ſicut tenetur in actio.directa. poſtquam non differt
vtilis à directa.Sed ſolue aliter quàm glo.ꝙ in caſibus in quibus
vtilis competit nõ differt à directa.ſed eſt eiuſdem vtilitatis: qđ
declara: vt s.dixi.non tamen ſequitur ꝙ vbicunq; datur directa
detur vtilis.Nam directa bene datur contra hæredem volunta-
rij geſtoris etiam pro culpa leui defuncti.per l.iij.§. hæc autẽ a-
ctio.ſecundũ verũ intellectũ.ff.eo.licet glo.ſentiat contrariũ.ſed
iſta ſentit qđ ipſi.& eſt verior:vt s.dixi.vtilis verò nõ cõpetit cõ
tra hæredẽ pro culpa leui defuncti.Nõ ſunt alia in hac l.difficili.

2 *Geſtor etiam ſine mandato, & fortius cum mandato legis uel hominis poteſt (ſi ex-
pedit) recipere pecuniam ad uſuras, pro gerẽdo negotia domini: & illas uſuras à do
mino repetere, ſi illas ſoluit de ſuo.*

LEX XVIII.

1 OB negotium. † Hæc actio eſt bonæfid.ſiue
ſponte,ſiue ex neceſsitate ge-
ratur.ideo in ea veniunt vſuræ ex mora,vel alia iuſta
cauſa.hoc dicit. & etiam ſine mora. vt in caſibus qui
2 ponuntur.in glo. In gl.ibi.[vt quia accepiſti ſub vſuris.] † No.
ꝙ geſtor etiam ſine mandato, & multò fortius cum mandato le
gis vel hominis,poteſt(ſi expedit) recipere pecuniam ad vſuras
pro gerendo negotia domini.& illas vſuras poteſt à domino re-
petere,ſi illas ſoluit de ſuo.Et iſtud non corrigitur etiam hodie.
quia non debet officium ſuum eſſe ſibi damnoſum,vt in l.vide-
licet.ff.qui.ex cau.ma. In glo.ibi.[& eras ſolitus fœnerare.] dic
vnde non tenebaris pecuniam tuam ſoluere in negotijs domini.
quã fortè alij mutuaſſes ad vſuras. Sed hoc hodie corrigitur.cũ
ſint prohibitæ.& ſi eas peteret tractare de lucro ; non de damno.
In glo.ibi.[aliàs ex mora.]ſubaudi per dominũ commiſſa in nõ
reſtituẽdo ſibi pecuniam ſuam quam expedit. & hoc etiam locũ
non habe-

non haberet.quia vſuræ etiam ex mora non poſſunt ✱ peti tan-
tum intereſſe,ſi ex mora ſua eſſet damnificatus in perdēdo ali-
quid de ſuo.vt ff.pro ſocio.l.ſocium qui in eo.cum ibi no.

LEX XIX.

AB vno hærede. †Vendens rem communē cum alio tanquam cōmu-
nem, tenetur ſocio reſtituere partem pretij per actio.
neg.geſt.hoc dicit. Ratio eſt quare cōpetat hęc actio:
quia vendendo eam tanquam communem, videtur vendere cō
muni nomine ſuo,& etiam ſocij.Ideo ſocius ratam habendo vē-
ditionem, facit negotium eſſe ſuum. ideo habet hanc actionem.
non enim eſt ſuum niſi ratihabitione.ideo Bar. in l.ſi mater.j. de
rei ven.vult per hanc l.& l.ſi fami.erci.ff.fa.erci.ꝙ quandocunq;
quis rem communem vendit,vt alienam,videatur vendere eam
nomine domini.& ideo dominus ratum habendo etiam re extā-
te habet hanc actionem directam ad petendum pretiū.ſed ſi vē-
deret nomine ſuo,& tanquā ſit ſua inſolidum.tunc glo. vult hic
ꝙ non poſsit habere ratam vēditionem.vt faciat negotium ſuū,
& poſsit pretiū repetere.niſi in ſubſidium re perempta, vel præ-
ſcripta.gl.verò notabilis.in l.ij.j.ſi ven.pig.aga.dicit hoc eſſe ve-
rum quando vendens eſſet omnino extraneus, nullam habens
communionem in re, aliâs etiam ſi ſuo proprio nomine vende-
ret,ſocius ratam haberet re extante,& nō præſcripta. & haberet
hanc actionem quam gloſ.perpetuò tenementi. & hoc per hāc
l.& per illam l.ſi familiæ.

*1 Quatuor differentiæ inter officium tutoris uel curatoris,& officium geſtoris.*
*2 Geſtor quando teneatur in his quæ non geſsit?*

LEX XX.

1 TVtori vel. † Tutor vel curator differunt à ge-
ſtore. quia ipſorum officium eſt ne-
ceſſarium.& finitur ceſſante neceſsitate.Sed officium
geſtoris eſt voluntarium.& finitur propria voluntate.
Item primi poſſunt exercere actiones competētes domino,quia
habēt mandatum à lege per legitimam adminiſtrationem.Secū
dus nō,quia nullum habet mandatum legis,vel hominis:in hoc
tamen conueniunt:quia oēs non ſolùm tenentur de dolo & lata
culpa,ſed etiā de leui.hoc dicit. Vel breuius dic. geſtor negotio-
rum non tenetur ſi debitores domini non exigit, vel res domini
ab alio poſſeſſas non vendicauit:quia exigere vel vendicare non
poteſt ſine mandato.de alijs autem geſtis vel etiam omiſsis quæ
gerere potuiſſet,poſtquam tenebatur,& inceperat,bene tenetur
geſtor etiam de leui culpa:ſicut tutor & curator.hoc dicit in eſſe
ctu.& tange caſum.in ver.[ſecundùm quæ.]quia quidam con
querebatur de negotiorū geſtore,ꝙ non recuperauerat res ſuas
à detentoribus.& nō exegerat à ſuis debitoribus. Vnde dicebat
eum ſibi teneri ad intereſſe propter leuem culpam,ſicut tenere-
tur tutor vel curator qui ita neglexiſſet. Imperator determinat con-
trarium quia non eſt bona comparatio inter tutorem & curato-
1 rem ex vna parte.& geſtorē ex altera.† Sunt enim quatuor dif-
ferentiæ. Nam officium tutoris & curatoris eſt neceſſarium: quia
poſſunt compelli: ſed officium geſtoris eſt merè voluntariū. Itē
geſtio tutoris & curatoris non finitur niſi finita neceſsitate.i.of-
ficio nec eſt in poteſtate tutoris & curatoris omittere geſtionem
quouſq; durat neceſsitas & officium.Secus in geſtore, qui ſi geſ-
ſit vnum non tenetur gerere alio:ſed poteſt omittere pro ſibi
voluntatis.Non intelligas tamen ꝙ poſtquā cœpit gerere poſ-
ſit omittere & non perficere:imò tenetur perficere:vt in l.in cō-
modato.§.ſicut.ff.cōmo.ſed poſtquam perfecit,non tenetur vlte-
rius gerere.vñ ſi iſto anno incœpiſti facere laborare vineas meas
teneris perficere vſq; ad perfectum laboratoriū iſtius anni, aliâs
puniris:ſed anno ſequenti non teneris idē facere,ſi non vis,nec
ego poſſum cōqueri.ſed mihi ſufficere debet id quod ſponte fe-
ciſti.Item tutor & curator tenetur gerere omnia geſtor autē pōt
quædam gerere,& alia omittere.vnde ſi plures habebāt vineas,
& incœpiſti facere laborari vnam:non teneris facere alias labo-
rari:quod tñ eſt verum , niſi incœpiſſes vt omnia geſturus. quia
tunc omnia deberes gerere:ſaltem pro iſto anno.vt in l.pompo.
in negotijs.in fi.ff.eo.ti.De quo tamen hic in gl.ſunt opi.ſed hęc
communiter tenetur.Quartò & vltimò:quia tutor & curator poſ-
ſunt mouere contra extraneos actiones reales & perſonales,cō-
petentes pupillo vel adulto:cum habeant legitimam adminiſtra
tionem,& mandatum à lege:ideo ſi negligunt, ſunt in culpa.&
tenentur ad intereſſe.Sed negotiorū geſtor a
voluntarius nullum habet mandatum:& ſi
ageret.repelleretur exceptione. ideo nō eſt
in culpa ſi nō egit. Tamen ſi ipſe teneretur
domino,bene deberet à ſemetipſo exigere:
quia hoc facere debet.& ſi nō faceret, eſſet
in culpa : & teneretur hac actione.quod tñ
dic:vt in l.diuortio.ff.e. Iſte eſt effectus hu-
3 ius l.Cętera dic vt in gl.& per doc.† Et di-
ſtingue ſi quærit an geſtor teneatur de his
quæ non geſsit,quod aut acceſsit ad geren
dum,tanquam omnia geſturus.vt hic con-
ſtat.& tunc teneretur:etiam ſi ſint omnino
diuerſa & ſeparata ab his quæ geſta ſunt.p
l.Pompo.in negotijs in fi.cum l.ſeq.ff.eo.licet Ioan.tenuerit cō-
trarium:vt in gl.quæ incipit.[quam ab initio habuit.] per l.nam
& ſeruus.§.ſi viuo.ff.eo.Sed loquitur poſtquam dominus mor-
tuus eſt:quia tunc non tenetur geſtor noua negotia aggredi.ſed
finite inchoata.Nos loquimur quando dominus viuebat:aut ac
ceſsit non tanquam omnia geſturus:ſed quędam,vel non appa-
ret.& quædam geſsit. & quædam non geſsit. & tunc aut illa nō
geſta erant cōnexa geſtis:vel erant pars geſtorum.& tenetur: vt
j.e.l.ſi cognati.in fi.& l.incommodat.§.ſicut.poſt prin.ff. cōmo.
aut erant omnino ſeparata.& tunc aut alius fuiſſet geſturus oīa,
ſi ille non acceſsiſſet ad gerendum aliqua,& ipſe hoc ſciebat. &
tunc tenetur.per l.ſi pupilli.§.fi.ff.eo. aut alius non fuiſſet geſtu-
rus.& tunc nō tenet per hanc l.poſt prin.ibi.[ſatis abundéque.]
An autē ille qui acceſsit vt geſturus aliqua,vel vnum tantū ne-
gotium,teneatur à ſe exigere id qđ debet domino tantū glo.quę
incipit.[accedēs.]doc.dicunt qđ ſi ipſe incepit teneri ex illa ge-
ſtione,bene tenet à ſe exigere:quia eſt de cōnexis illius. Secus ſi
tenebat aliūde,poſtquā acceſsit ad gerendū niſi quędā vel vnū.

a ¶Idem eſt iudicium de cōnexis. Adde c. quæſitū.de rerū per. c.præterea.de tranſactio.c.quāto de iudic. Abb.in c.literas. de iura.cal.& Bal.in l.cū neceſsitatē. in fi. J. de fideicō. & in c. cā te.de æta.& qual. Car.in cle.ſi.q.x.x.e. ti.de ęta.& quali. & quę dicantur connexa. vide per Alex.in conſi.lviij.in fin.in j. volu.& in conſi.cc. I ſi.in ij.vol.Frā.Cur.

*2 Seruus poſt manumiſsionem,non tenetur de contractu uel quaſi , celebrato in ſeruitute,ſed ex delicto in ſeruitute commiſſo bene tenetur.*
*3 De connexis idem eſt iudicium.*

LEX XXI.

1 SI cognati. † Seruus qui alterius negotia malè
geſsit,non prohibetur à domino ma
numitti. nec ex ante geſto poſt manumiſsionē poteſt
conueniri.hoc dicit.Oppo.contra primum dictum,ꝙ
imò debuerit differri manumiſsio,quouſq; rationem reddiderit.
vt j.de bo.dam.l.j.Sol.pœna mortis bene deberet differri: vt ibi.
ſed datio libertatis non.vt hic. Vnde ſi eſſet condēnatus ad mor
tem aliquis,qui fuiſſet actor meus,vel adminiſtrator.& non red
didiſſet adminiſtrationis rationē,deberet differri execution quo-
2 uſq; reddiderit.per illam l.Ex ſecundo dicto no. † ꝙ ſeruus poſt
manumiſsionem non tenetur de contractu, vel quaſi contractu
celebrato in ſeruitute:vt j.an ſeruus ex ſuo fac.per totum.Sed ex
delicto in ſeruitute commiſſo bene tenetur,quia noxa caput ſe-
3 quitur:vt inſti.de no.† Vltimò no.ꝙ idē eſt iudiciū de cōnexis.[a]
a facit ff.de ſepa.l.j.§.præterea.& admi.tu.l.ita aūt.§.ſi tutor.& de
tu.& ra.di.l.ſi tutor.& extra.de cōſti.c.trāſlata.& ff.eo.l.cū actū.

LEX XXII.

1 NEgotium. †Exemplificat hāc l.quod ſi geſtor
bene geſsit,& vtiliter.ſed poſtea ca
ſu fortuito ſine ſui culpa illud qđ geſsit,perijt. Ita qđ
dominus propter hoc nullam ſentit vtilitatem ex ge-
ſtione,hoc nō imputatur geſtori, quominus agere poſsit pro im
penſis factis per eum.vt in l.ſed an vltro.§.j.ff.eo.Fallit in eo qui
geſsit negotia pupilli.quia nō tenetur pupillus:niſi quatenus tē-
pore li.cōte.reperitur locupletior.vt s.eo.l.ij.& ibi notat in ij.gl.

LEX XXIII.

NEgotijs. Actio negotio.geſtorū.eſt actio perſonalis:
non autem realis.hoc dicit.

*2 Actio contraria,reperitur directa & utilis.*
*3 Proteſtatio non operatur niſi pro tempore futuro,poſt fact.in proteſtationem.*
*Statutum quòd ſyndicus comitatus debeat denunciare maleficia infra decem dies, ſi per illum contra quem commiſſa ſunt fuerint ſibi denunciata,an illi decem dies currant à tempore denunciationis factæ per offenſum? an à tempore maleficij commiſsi.& debet fieri in ſcriptis iſta denunciatio.& nume. 5.*
*4 In eo qui gerit ſine mandato( licet res non ſit integra , quia incœpit iam gerere ) poteſt dominus prohibere ne ulterius gerat:& tenetur parere. & quid ſi geſtor remaneret in damno? & quid in eo qui geſsit ex mandato?*

a ¶Proteſtatio poteſt fieri. Adde gl.in ver. propoſita.in c. cupiẽtes.in § q ſi per xx. de elec.li.vj.Ioã.An. in regula in gñali.de re.iu.li.vj. in mercu.
b ¶Spãliter. de hac dictiõe. vide per Alex. de Imo. in l.j.ff. ſi qs in ius vo.nõ ierit. & in l.j.co.vj.ff.de offi. ei⁹cui mã.eſt iu. cur.
c ¶Soluens. Adde hic no.per Bal.& Alex. in l.quãuis.ff.ſo.ma. & Bar. in l.ſtich⁹.ff. de pe.le.& ibi Alex. in apoſtil.Cur.

5 *Proteſtatio poteſt fieri cum ſcriptura,& etiam ſine: debẽt tamẽ adhiberi teſtes, * ut poſſit probari *. & quãdo ſi per ſcripturam, debet eſſe manu notarij.ut fidẽ faciat etiam mortuis teſtibus,& ſi haberet uim libelli, debet fieri per ſcripturam:ſicut libellus.*
6 *Qualiter debeat fieri iſta proteſtatio geſtori, ut amplius non gerat?*
7 *Si mandaui tibi ut emeres rem pro decem,& emiſti pro uiginti, non potes à me recuperare illud plus quod ſolui ſti: niſi habeam ratum debeo tamen dimittere rem penes te,donec reſtituas mihi decem.*
8 *Quid ſi negotiũ eſſet meum ipſo geſtu, & quid ſi re ipſa?*
9 *Non minor eſt fauor reip.defenſare uitam uiuentium,quã ſepelire mortuos.ita ut ſi quis ſoluat pro aliquo etiam contradicente, qui erat in periculo perdendi perſonam niſi ſolueret puta cẽtũ quod põt ſolutũ ab eo repetere.*

## LEX XXIIII.

1 SI quis nolente. †Prohibitio domini tollit hanc actionem in his quę
poſt prohibitionem geruntur.ſecus in his quæ prius
geſta erant.h.d.tota l.Et eſt de quinquaginta deciſio
nibus Iuſtiniani. quod colligitur ex eo q recitat diuerſas opi. &
vnam earum eligit.ſicut in l.fi.s.de pac.& l.ſi quis in conſcriben
do.& ſemper allegatur iſta l.fuerunt autem factæ dictæ deciſio
nes poſt primam compilationem codicis vnde poſtea fuit diſſo-
lutio.& incertæ fuerunt iſtæ deciſiones: vt s.in ſecunda & tertia
conſtitutione huius voluminis. In tex.ibi.[quid enim.] dixi s.ta
lem geſtorem non habere actionem de geſtis poſt denunciatio-
nem:ſed de geſtis ante bene habet,quoniam denunciatio ad illã
non porrigitur : ne ſequatur incõueniens.de quo j.ſubijcit. quia
ſi porrigeretur,daretur materia malignãdi: quia dominus vidẽs
geſtorem multa de ſuo impendiſſe ante prohibitionem: ne illi te
2 neretur ꝓhiberet de cætero miniſtrare. quod eſſet iniquũ.†No.
ergo ex iſta l.plura.primò.dñ dicit.[directã vel vtilem.] q actio
cõtraria reperitur directa & vtilis:vt s.dixi.in l.curatoris.Et qui
dam dicebant q hic credebatur directa,nõ obſtante prohibitio-
ne quæ habebatur pro non facta.Quidam verò q non dabatur
directa de rigore ꝓpter prohibitionẽ.ſed dabatur vtilis de ęqui-
tate:ne dominus efficeretur locupletior cum iactura aliena. Sed
Saluius Iulianus tenebat q nec directa nec vtilis:& iſtam appro
bat Imperator. cuius ratio eſt ſecundùm Bal. quia ſicut non te-
neor tecum contrahere,nec me tibi obligare: vt in l.nec emere.j.
de iure deli.ita nec quaſi contrahere,vel te in creditorem meum
accipere : licet ergo iſte quaſi contractus geſtionis non requirat
expreſſam voluntatẽ domini. quia etiã ignorans dominus obli-
3 gatur.tamẽ bene requiritur q nõ adſit contraria voluntas.†No.
q proteſtatio nõ operatur niſi pro tempore futuro, poſt factam
proteſtationem,vel tempore præterito.Et inducit Bal.ad qõ. Si
ſtatutum dicat q ſyndicus comitatus debeat denunciare malefi
cia infra x.dies,ſi per illũ cõtra quem commiſſa ſunt fuerint ſibi
denunciata,quando currant illi x.dies. an à tempore denuncia-
tionis factæ per offenſum.& tenet hanc ſecundam partem.quia
illa denunciatio eſt cauſa q ſyndicus teneatur denũciare curiæ.
& talis denunciatio offenſi,non trahitur retro. ideo non facit vt
illi x.dies, intelligãtur cucurriſſe à tempore maleficij commiſſi.
4 ſed vt incipiant currere poſt illam denunciationem.†Item no.q
in eo qui gerit ſine mandato.licet res nõ ſit integra: quia incepe
rit iam gerere,poteſt dominus prohibere ne vlterius gerat.& te-
netur parere. non ſic in eo qui geſsit ex mandato quia ſi res non
eſt integra quia incepit gerere, non poteſt prohibere dominus,
quominus compleat.ſecundùm Bal.per l.ſi pecuniam.ff.de cõ-
di.ob cau.Sed aduerte,ne erres:quia hoc eſt verum q nõ poteſt
prohiberi:ſi ex hoc remaneret geſtor in dãno.& ita loquitur ille
tex.& l.ſi mandaſſem.ff.mã.& l.ſi quis prohibuit * aliàs incipit
Papinianus.de publiciana.Si enim mandaui tibi vt venderes,&
traderes,ſi vendidiſti,& non tradidiſti:es tamẽ obligatus ad tra-
dendum.non poſſum prohibere q non tradas:quia teneris ad in
tereſſe:vnde potes prohibitiones ſpernere.l.vtrum.de conſti.pe.
Sed ſi nullum damnũ patereris,deberes prohibitioni parere pro
futuro tempore,per eandem l.ſi pecuniam.in §.j.& ij.vbi bene ꝓ
5 batur.vnde Bal.nimis indiſtinctè loquitur. † Vltimò no.ſecun-
a dùm Bar.ante fi.q proteſtatio poteſt fieri[a] cum ſcriptura.& etiã
ſine.debent tamẽ adhiberi teſtes:vt poſsit probari.& quando ſit
per ſcripturam,debet eſſe manu notarij:vt fidem faciat etiã mor
tuis teſtibus.Hæc vera.niſi ꝓteſtatio haberet vim libelli : qa tũc
deberet fieri per ſcripturã:ſicut libellus.vt in l.vt perfectius.j.de
annu.excep.nõ dico ſcripturã publicã.quia de libello poteſt fie
ri ſcriptura priuata,& porrigi coram iudice notario qui rediget
eam in actis.Vnde dicit Bal.qđ iſti denuntiatores maleficiorũ
qui ſunt per comitatũ,quando denuntiant,debent portare ſcri-
pturam.quia talis denuntiatio habet vim libelli accuſatorij:cũ
triplex ſit modus ꝓcedẽdi in maleficijs ſcilicet per accuſationẽ,
denuntiationem,& inquiſitionem.vt l.ab accuſatione.§ Nuntia
6 tores.ff.ad turpil.† In gl.ibi.[ i. expreſsè.] No.iſtã expoſitionẽ.q
b iſtud verbum ſpecialiter[b] ſumitur interdum expreſsè.vult dicere
glo.quod non habeat dominus enumerare omnia & ſingula ne
gotia:licet iſtud verbum prima facie innuat contrarium.ſed ſuf
ficit quod dicat inhibeo tibi q mea negotia non geras. & dici-
tur prohibitio ſpecialiter facta,poſtquã facta eſt expreſsè. Certè
etiam tacitè poteſt fieri vt in caſu quem ponit glo. fi.ſi mando ti
bi q emas mihi rem pro decem,nam tacitè videor prohibuiſſe
q plus non expendas:& tantum valet iſta tacita quantum ex-
preſſa:vt in l.qui aliena.§.libertos.ff.eo.In glo.ſeq.ibi.[qui etiam
inuitum &c.] Iſta ſolutio procedit.ponendo q erat ſeruus pro-
prius,& habebat peculium à domino non prohibente.& ita in-
telligit ibi Io.tamen ille tex.videtur poſſe intelligi etiam in ſeruo
alieno. & tunc iſta ratio non procederet.vñ põt dici quod per il
lum tex.limitatur iſta lex.vt habeat locum:niſi dñs locupletare-
tur cum aliena iactura geſtoris: quia tunc de æquitate tenetur
quatenus lucrum ſentit ex geſtione: quia contra exceptionem
quam dominus põt obijcere de rigore per hanc l.ipſe geſtor ha-
bebit replicationem. Et hoc ſatis placet, & multum conſonat
æquitati. Multum tñ facit in contrariũ.l.ſi pro te.ff.manda.vbi ſi
me ꝓhibẽte fideiuſsiſti pro me,& ſoluiſti , non habes actionem
contra me ad recuparandum.Sed põt dici q non habes actionẽ
mandati,vel negot.geſt.ſed bene habes actionem in factum ex
ęquitate.l.ſi & me & Titium.ff.ſi cer.pe.niſi dicatur quod æqui
tas illa nõ ſubeſt ꝓpter culpam tuam:quia veniſti contra volũ-
tatem & prohibitionẽ meã:ſed ecõuerſo poteſt dici qđ imò ſu-
beſt:quia lex permittit q me inuitũ liberare poſsit.vt l. ſolutio-
nem & iudicium.ff.de ſolu.& l.ſoluendo.ff.eo.ti.In gloſſ.fin.ibi.
[ſed Bal.contrà,& Ioã.& nos.] Iſta opinio ſine dubio eſt vera
7 terminis in quibus.gl.loquitur quãdo† mandaui vt emeres pro
decem,& emiſti pro.xx.nam iſtud negotium non eſt meum.ni-
ſi rati habitione.nec reputatur mihi vtile.niſi ratum habeã.Ideo
poſito quod res valeat xx.& etiam vltra.non potes à me recu-
perare:ſi non habeo ratum.videtur tamen q debeo tantum ſol-
uere ſi rem volo.vel ſi nolo totum ſoluere debeam rem dimitte
re penes emptorem.& ipſe reſtituet mihi decem & hoc ſuadet
æquitas facit.l.generaliter.§.pe.vel antepe.ff.de fideicom.liber.
quia vel debeo totum approbare,vel totum reprobare vt in l.
8 cum quæritur.ff.de admi.tu.†Sed quando negotium eſt meum
ipſo geſtu.qui pro me ſoluſti , ſentio vtilitatem etiam inuitus.
quia liberor.ideo videtur quod de æquitate habeas ac.& hoc te
nuit Gul.de cu.licet doc.hoc reprobẽt per illã l.ſi pro te. ſed po-
teſt reſponderi vt.s.dixi in alia glo.Si verò negotium eſſet no-
ſtrum re ipſa.vt ſi impenderes in colendo vineam meam,vel a-
gros meos.tunc poſt prohibitionem delinqueres ingrediendo
fundum contra meam voluntatem.in l.diuus.ff. de ſer.ru. præ.
vnde tunc ipſe Guli.fatetur locum habere hanc l.vt non poſsis
recuperare ſumptus,etiam vtiliter factos propter delictum tuũ.
9 & iſto caſu toleratur vt fiam locupletior cum iactura tua. † In
fin.gloſſ. ibi. [§.idem labeo.] dic quod ſpeciale eſt ibi propter
publicam vtilitatem: quæ vertitur in ſpeliendo cadauera mor-
tuorum.vt etiam contra prohibitionem hæredis poſsint ſepeliri
& recuperari impenſę ab hærede.Et per hoc dicit Bal. quod ſi
aliquis eſſet captus pro maleficio,& eſſet in periculo perdendi
c perſonam niſi ſolueret centum.q ſoluens[c] etiam illo prohiben-
te põt ab illo recuperare:quia nõ minor eſt fauor reipubli.defen
ſare vitã viuentiũ,quã ſepelire mortuos. cũ publica vtilitas ſit
in augendo perſonas imperij.vt in l.cum ratio.circa.fi.ff. de bo-
dã.hoc idẽ voluit Ioã.an.in c.fi.de fo.cõpe.lib.vj.in nouella. vbi
recitat diſputationẽ factã Bononiæ. de illo qui erat captus pro
debito.& deficiebat omnis ſpes exeũdi de carceribus niſi ſolue-
ret.& quidam ſoluit pro eo cõtradicente, quod poteſt repetere
de æquitate:non obſtante iſta l.niſi eũ exeat carceres,forte mo-
rietur

[illegible]tur. Et adde ꝙ no. Bar. in l. ſtichus. de pecu. lega. Nõ ſunt alia.

*De his quæ ui metuſue cauſa geſta ſunt.* *Rubrica.*

1 ☞ *Quæ dicatur uiolentia?*

Super glo.† rubricæ. ibi. [hodie ſufficit alterum.] nam vis eſt [illegible] agente. Metus in patiente. & ponit actum prout eſt in patien[illegible] oppoſito. vnde hodie poſt compilationem digeſtorum, detra[illegible] de rub. illud verbũ vis. tanquam ſuperfluum. & dicitur me[illegible] cauſa &c. & quoniam in lege non debet eſſe aliquod verbũ ſuperfluum: vt no. in l. j. ff. eo. Item vis infertur corpori, metus ve[illegible] infertur animo. quia dicit metus,ᵃ id eſt mentis trepidatio: vt [illegible] l. j. & no. j. eo. l. iij. in j. & ij. glo. † Sed quæ dicatur violentia.ᵇ vi[illegible] per Bar. in l. j. §. fi. ff. ad l. Iuliam. de vi publica. In fi. glo. dic vel [illegible] ad inferiora: quia tractaturus de reſti. in integrum. tra[illegible] de his quæ fiunt officio iudicis nobili. Item iſtæ primæ fun[illegible] in ratione naturali. nam ratio naturalis dictat quod ſi per [illegible] vel dolum aliquid à me extorqueres: illud mihi reſtituas. Sed alia quę fit officio iudicis ex edicto de minoribus, fundatur in fauore ætatis, nec eſt ita amplianda: vnde ſtatuitur quadrien[illegible] ad eam petendam: vt in l. fi. j. de tempo. in integ. reſti. Sed [illegible] duabus primis competit actio perſonalis. & etiam vtilis [illegible] quæ non tolluntur quadriennio. ſed longo tempore cum [illegible] vel longiſsimo ſine titulo: vt j. eo. l. iij.

2 ☞ *Res ſubtracta, uel per uiolentiam ablata (etiam poſtquam eſt perempta) poteſt peti [illegible] eſſet in rerum natura, licet re uera non ſit, & fiet condemnatio in re, & execu[illegible] in æſtimatione, poteſt etiam peti æſtimatio.*

3 *Qualiter uerbũ ablata ſit generalius quã uerbũ rapta uel arrepta, & qualiter differãt [illegible]*

4 *[illegible] harum uiolentiarum.*

5 *[illegible] metum inferens, an ſit deterioris conditionis antequam condemnetur, quàm poſt?*

LEX I.

1 PErſecutionem. † Periculũ interitus pertinet ad furem: & etiam ad metum inferentem. hoc dicit. Intellige etiam ſi res ſubtracta vel per metum ablata pereat ſine dolo vel culpa ſubtrahentis, vel metum inferentis. ſufficit enim ꝙ fuerit in dolo vel furando, vel metũ inferẽdo. quia propter hoc ſemper eſt in mora reſtituẽdi. & clarum eſt ꝙ interitus rei poſt moram pertinet ad debitorem. l. qđ te. cum ibi no. ff. ſi cer. pe. & l. ſi ex legati cauſa. de verb. obli. † In

2 tex. ibi. [eorum.] Ex iſto tex. colligit Bar. ꝙ res ſubtracta, vel per violentiam ablata, etiam poſtquam eſt perempta poteſt peti, ac ſi eſſet in rerum natura: licet reuera nõ ſit: quia fingitur eſſe propter moram quę reſultat ex furto, vel ex violẽtia, vt in l. ſi ſeruũ. §. fi. de ver. obli. poſſum etiam petere ęſtimationem eius: quia in obligatione rem reſtitui, poſt rem peremptam & poſt morã ſuccedit obligatio ad æſtimationem. & de hoc eſt caſus in l. in re fur[illegible] ff. de condi. fur. & ſi peteretur res, poſſet fieri condemnatio in re, & executio in ęſtimatione, vel etiam ipſa cõdemnatio offi. iudi. ſcilicet æſtimatione. licet non fuerit petita. ſed ipſa res propter impoſsibilitatem reſtituẽdi rem per ea quæ no. in l. vinum.

3 circa fi. glo. [illegible] ff. ſi cer. pe. † In tex. ibi. [ablata.] No. quia iſtud verbum eſt generalius quàm verbum rapta, vel erepta. nam non dicitur capi vel eripi niſi de manu alterius per potentiam auferre. vt in l. ſed [illegible] §. j. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt vi [illegible] Sed bene dicitur auferri etiam ſi non per violentiam: ſed per [illegible] violentiam compulſiuam quæ præſupponit volun-

4 tatem [illegible], vt in l. ſi mulier. §. pe. ff. eo. † de materia violẽtiarum de qua in glo. j. vide plenius per gl. in l. extat. ff. eo. Et adde ꝙ [illegible] violentiæ excludunt voluntatem paſsi violentiã. [illegible] quæ dicitur cõpulſiua: illa enim nõ excludit: imò [illegible] præſupponit. vt ff. eo. l. ſi mulier. §. pe. Ideo aliæ violentię di[illegible] præciſæ: ſed compulſiua dicitur cõditionalis. inter quas [illegible] differentia: vt in c. ſacris. & ibi no. extra eo. ti. Sed quæritur quare violẽtia expulſiua quæ committitur in rebus immobilibus, producit interdictum poſſeſſorium vnde vi. & ablatiua quæ committitur in mobilibus, nõ producit aliquod interdictũ poſſeſſorium? Reſpondeo ſecundùm Pe. quia ſatis eſt ꝙ producit actionem vi bo. ra. quę eſt pœnalis ad quadruplum, quod nõ [illegible] violentia expulſiua. & quia poſſeſsio rerum mobilium eſt vi[illegible] & abiecta. vt in l. rem quæ nobis. de acqui. poſ. Ideo non fuit [illegible] dignum introducere poſſeſſorium ad recuperandum poſ[illegible]ſionem. † In gloſ. ſeq. ibi. [§. ꝙ ſi homo: &] quæ ſit ratio: dic vt [illegible] nam videtur extraneum dicere ꝙ metum inferens ſit deterioris conditionis antequam condemnetur quàm poſt. quia ante, periculum rei pertinet ad eum. vt hic ſed poſt infra quadrimeſtre non pertinet ad eum, ſed ad agentẽ: ſed hoc contingit. quia poſt quadrimeſtre grauatur in quadruplo. ideo reſtauratur: vt j. quadrimeſtre non teneatur de interitu. ar. in l. eum qui. ff. de iureiur. In glo. ibi. [Item hoc quando non erat peritura.] doc. reprobant hanc gl. quia quando quis tenetur ex maleficio, non adhibetur iſta diſtinctio, an res fuiſſet eodem modo penes actorem peritura, vel non, imò indiſtinctè periculum pertinet ad debitorẽ: vt in l. j. §. rectiſsimè. ff. de vi & vi ar. Fallit in caſu legis quã glo. allegat. per rationẽ de qua ſ. Et eodem modo quando perijt poſt moram. Quod dic vt no. Barto. in l. quod te. ff. ſi certum petatur. ſed puto quòd gloſ. habuerit bonum intellectum.

a ❡ Dicitur met. Adde l. j. & l. metum. ff. qđ met. cau. & in c. j. eo. ti. li. vj. & Abb. in c. cum locum. de ſpon.

b ❡ Quæ dicatur violentia. quotuplex ſit violentia. Vide per Bal. in rubrica ex[illegible] quod metus cauſa.

c ❡ Contra præſumptionem iuris. Adde doc. in auth. ſed iam neceſſe. C. de inceſti nupti. c. quanto. & c. ſeq. de præſum. doc. in c. is qui. de ſpõſa. Inno. in c. fraternitatis. de frigi.

2 ☞ *Petitio quæ non fulcitur ratione, non eſt admittenda per ſuperiorem: & econtrà quæ eſt rationabilis non eſt reſpuenda.*

3 *Contra præſumptionem iuris admittitur probatio in contrarium, ſecus contra præſumptionem iuris & de iure.*

4 *Tutus exceptione odioſa ſi ſoluat, an repetat?*

5 *Solutio facta incontinenti: præſumitur facta eodem metu ſicut promiſsio, & quid ſi ex interuallo?*

6 *Actus ubicunque eſt nullus, uel poteſt infringi de iure ciuili, an ualidetur per iuramẽtũ?*

7 *Quandocunque ſubeſt aliqua coniectura quòd metum paſſus non fecit animo probandi contractum, ſed quòd per aliam cauſam: non reſultat approbatio.*

8 *Statutum quòd inſtrumentum mittatur executioni, non obſtante quacunque exceptione, quæ debeat reſeruari poſt executionem factam, & per metum coegiſti me per publicum inſtrumentum ad promittendum tibi aliquid uel uendendum. ſi poſtea ceſſante metu ſoluã: non uideor approbare cõtractũ, cũ uideat ſoluiſſe timore ſtatuti.*

LEX II.

1 CVm te non. †Spontanea ſolutio purgat metum adhibitum tempore promiſsionis. Secus ſi nõ fuerit ſpontanea. hoc dicit. In tex. ibi. [cauiſſe.] id eſt promiſiſſe ſolenniter per publicum inſtrumentum, vel per ſcripturã factam manu propria. vt j. patet dum dicit. [de chi-

2 rographo &c.] In tex. ibi. [qua ratione.] † No. ꝙ petitio quæ non fulcitur ratione: non eſt admittenda per ſuperiorem. ſic econtrà quando eſt rationabilis, non eſt reſpuenda: quia iuſtè poſtulantibus non eſt denegandus aſſenſus: vt ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. ij. In tex. ibi. [quando.] id eſt quia. [veriſsimile nõ ſit.] In iſto tex. fundatur opi. per quam gl. recitat & reprobat. in ver. [vnde his tribus rationibus &c.] quoniam iſte tex. & eius deciſio videtur fundari in præſumptione. quod quando ſponte ſol-

3 uit, nõ præſumitur coactus promiſiſſe. Ex quo inferebat. † ꝙ cũ

c contra præſumptionemᶜ iuris admittatur probatio in contrariũ: vt j. de proba. l. ſiue poſsidetis. niſi quando eſt iuris & de iure. vt ibi no. ꝙ iſte licet ſponte ſoluerit poteſt probare ꝙ coactè promiſit. & tunc poſsit repetere. Si autem non probaret, nullo modo repeteret. ſed ſi pendet an poſsit probare vel non, repellitur à petendo quouſqꝫ probauerit. glo. verò hoc reprobat. dicens ꝙ poſito ꝙ probaret metum fuiſſe illatum tẽpore promiſsionis: adhuc non poſſet repetere: quia per Spontaneam ſolu. ille metus fuit purgatus. & etiam propter alias duas rationes, quæ ponuntur in glo. tamen non ſunt bonæ: ſed prima ratio bene procedit. & cõiter tenetur. non per iſtum tex. qui potius probat opi. guar. ſecus per l. ſi ob turpem. ff. de condi. ob tur. cau. poſſumus ergo dicere ꝙ ſi non conſtat metum fuiſſe illatum tempore ſolutionis, ſpontanea ſolutio facit præſumi ꝙ non fuerit illatus, ita loquitur iſte tex. ſed ſi conſtat, tunc ſpontanea ſolutio illũ purgat: & facit ha-

4 beri perinde ac ſi illatus non fuiſſet. & hæc eſt veritas. † In gloſ. ibi. [tum etiam quia odioſa eſt exceptio.] Iſta ratio nõ eſt bona ſecundùm doc. Nam tunc eſt verum ꝙ tutus exceptione odioſa ſi ſoluat per errorem iuris, non repetit: vt in l. quæ exceptionem. ff. de condi. inde. quando illa exceptio eſt introducta contra rationem naturalem, vt eſt exceptio Macedoniani. quia ratio naturalis dictat ꝙ filiusfa. qui mutuũ recepit reſtituat. ſed ſenatuſ. Macedo. ſtatuit contrarium propter rationem quæ ponitur in l. j. ad Mace. & de iſta loquitur illa l. qui exceptionẽ. ſed exceptio metus vel doli ſunt introductæ ſecundùm naturalem rationem quæ naturalis ratio dictat ꝙ ſi per metum vel dolum aliquid ad